Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0001-6
DFG

Du 1069 6

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0002-2

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
DÜSSELDORF
V 2257

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0003-8

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0004-3

# PHARMACOPOEIA EXTEMPORANEA

ſive

## PRÆSCRIPTORUM SYLLOGE,

*in qua*

## REMEDIORUM

Elegantium & Efficacium Paradigmata, ad omnes fere medendi intentiones accomodata,

*candide proponuntur:*

Una cum VIRIBUS, operandi ratione, DOSIBUS, & INDICIBUS annexis.

Per THOMAM FULLER, M.D.

*EDITIO SEXTA, CASTIGATIOR.*

AMSTELÆDAMI,
Proſtat apud WETSTENIOS

cIↄ Iↄ CC IX.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0005-9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0006-5

# AD
# LECTOREM.

UT Theoriæ Finis eſt Praxis; ità Praxeos Ultimum eſt Præſcriptio: ideoque licèt qui nil præter Medicamenta callet, pro Empirico habendus ſit; qui tamen appoſitè præſcribere neſcit, Medici nomine prorſus indignus eſt. Circa hoc verò Tyrones, & quicunque Medicinam ex rapto factitant, quàm turpiter ſe gerunt, Filum (quod vocant) Pharmacopœorum nimis edocet. Deus bone! quanta Inſcitiæ ſpecimina, Negligentiæ portenta, & Medicorum opprobria, in Officinis ſuſpenſa, doluimus, horruimus! Eſt ubi non tantum Injucunda, Inefficacia & Aliena; ſed Ἀσύςατα, & planè Pernicioſa præſcribi videas. Subindè Formulam farragine pluſquam Mithridaticâ confuſam obſerves. Aliquando abſurdè adeò violatas Pharmaciæ Leges animadvertas, ut Præſcriptor vel ipſis Pharmacopœorum Pueris deridiculo ſit; eorumque caſtigationibus opus habeat. Omnes Præſcribentium enormitates expoſuiſſe, & meritò vellicaſſe longum eſſet: Patiantur verò hujus ævi Medici, ut aliud quoddam Praxeos Incommodum inauſpicatò introductum, iis ſi non exprobrem, ſaltem conquerar. Ex quo enim Veterum inconditam Præſcribendi luxuriem immodicè averſantes, Materiæ Medicæ limites ultra fas contraxere; & For-

*mulis nimis paucis, & tritis Praxin oſcitanter moliti ſunt; non difficile fuit Medicaſtris, tàm Erraticis, quam Officinalibus, iſtiuſmodi Præſcripta tranſcribere, Libelloſque Medicamentarios conficere; quorum ope, Decumbentium cubicula perfrictâ fronte paſſim infeſtant; & Recepta (quibus uti neſciunt) perniciosè venditant: Atque Docti interim, & Experti vel prorſus excluduntur; vel ſerò nimis accerſuntur. Si cuipiam ergò Cordi & Curæ eſt, ut Medicinæ priſca dignitas reſtituatur; & Æſculapii Templum Ardelionibus repurgetur; jejunâ hâc Praxi dimiſſâ, magnificè præſcribat; pulchrè variet, & Empiricorum captum ſuperet, neceſſe eſt.*

*Ut hoc præclarum Opus (quantum in me eſt) promoveatur; & Ars præſcribendi reformetur, hujus eſt Opuſculi Inſtitutum: Illique quo à Pharmacopœiis aliis, quæ Remedia non extempore ſumenda, ſed Officinis aſſervanda exhibent, aptè diſtinguam, Pharmacopœiæ extemporaneæ titulum indidi. En ergo (non ut Agyrtis Receptula; ſed Ratione utentibus Adminicula ſuppeditem) Præſcriptorum (uti ſpero) elegantium, & efficacium, ad omnes ferè Medendi Intentiones accommodatorum, Syllogen tibi ſiſto. Nil interim quaſi Noſtrum, & Infallibile magiſtraliter obtrudo; ſed Paradigmata ſolùm, quæ imiteris, aut ſuperes; quæque aut Mutata, aut Integra in uſum depromas,*

*mas, candidè propono. Horum pleraque Ipſemet expertus ſum, deguſtavi, & ſæpius emendavi. Pauca ex optimæ notæ Auctoribus decerpſi; Quædam ab Amicis impetravi; Partem verò longè maximam è Praxi propriâ ſelegi. In hiſce componendis, quoad materiam Medicam, quæ maximè viderentur Efficacia, Tuta, Jucunda, & facilè Parabilia diligenter cooptavi. Quoad Formulas, Simplicium paucitati; proportioni exactæ; Totiuſque concinnitati operam dedi. Deindè quoniam apud Singulorum palata gratiam inirem; necnon præſcribendi campum latiùs extenderem, amplæ Remediorum Copiæ ſtudui; multiplicemque Varietatem adduxi. Denique quò Mercenariorum iſtorum Homuncionum, qui ad ſtipem, & victum quæritandum, Libros latinè ſcriptos, in Idioma Anglicum vertere; ſæpiuſque ſuis notatiunculis, & (ſi Diis placet) emendationibus miſerè defædatos edere ſolent: Horum (inquam) injuriis quo minus pateam, Doſes, Vires, & Uſus adnotare coactus ſum. In hiſce autem enarrandis, ſummè cavi, nè vanas Laudes unquam accumularem; ſed genuinas Virtutes fideliter explicarem; Eaſque non nudè, & Empiricè traderem; ſed unà cum Ætiologiâ, Monitiſque Practicis, tam à Memetipſo excogitatis, quam ab Authoribus mutuatis, frequenter illuſtrarem. Atque hæc ſunt quæ de hujus Libelli Inſtituto & Uſu præfanda eſſe cenſui.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0009-5

## Ad Lectorem.

### Lector benevole.

*Dum Quartam hanc Editionem (urgente Bibliopolâ) meditor,* Thomas Aylwin *de* Peters-field *in Comitatu* Hantoniæ, *Medicinæ Doctor, Practicus (ut audio) celebris, nec non Vir longè humaniſſimus, Viginti Aurea è Gazophylacio ſuo Medico ſelegit, mihi (licèt ignoto) ſpontè obtulit; Atque (publicè ut proficeret) meis intermiſceri voluit. Si hujus ad exemplum, Alii præcellentes Medici Experta notare & in lucem proferre dignarentur, præclarum Generoſitatis ſpecimen ederent; magnam apud omnes Gratiam collocarent; & à Bonis cum fœnore reportarent.*

*Præter hæc tàm candidè communicata, Plura etiam de Meis nunc adjicio: atque ità formularum numerum Octingenarium adimpleo. Ad Millenarium quidem accumulaſſe ſtatueram; quaſi ad illud reſpicerem, Mille Mali ſpecies, Mille Salutis erunt. Sed Libri moles tunc portatu incommodior diſſuaſit; & impunita quorundam Improbitas, effræniſque Licentia prohibuit; imò vehementer adeo prohibuit, ut (ſerò ſapiens profiteor) vel hactenus Editorum jam penè me pigeat, pœniteatque.*

*Cum enim junioribus Æſculapii Filiis, Academicè enutritis, Philoſophicè, & Medicè inſtitutis, iiſque ſolis, Hæc Mea dicata eſſe volueram, atque idpropter Eruditorum Sermone obvoluta (ut par fuit) recondideram.*

*En!*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0010-6
DFG

*En! Scribillantes, Impuri Tranſlatores, contra jus, faſque Librum non ſuum (ut Plagiarii Liberos alienos) prædati; Romanâ illum veſte ſpoliant; Anglicanâ Larvâ dehoneſtant; Bulliſque Tintinnabuliſque ſuis turpiter aſſutis, Marioni ſimilem, & Parenti vix agnoſcendum, odiosè dimittunt; Populoque proſtituunt.*

*Unam hujuſce mei Libri Tranſlationem ipſe vidi: de Tribus aliis audivi: & Quidam ex iſtis Prædonibus eò Impudentiæ pervenit, ut Verſionem (imo Perverſionem, ſi ità dicam) ſuam, me inconſulto; & (ſi conſuluiſſet, inviſſimo) Typographo tradiderit & prælo ſubjecerit.*

*Hoc cum certò reſciſſem, Hoſtis Cuniculos Cuniculis accipere neceſſum erat: indeque ſtatim (quod ſi per me ſtetiſſet, maximè noluiſſem) Novellis Publicis monitum inſerui, Memetipſum Librum proprium Linguâ vernaculâ donatum; quoad Formulas, & Scholia auctum; & accuratiùs emendatum propediem eſſe Editurum. Atque hoc telo Injurias clàm paratas fortè repuli, indignumque Facinus pro tempore propulſavi.*

# Catalogus Remediorum.

*Ea quæ in Appendice continentur, & quibus præfigitur Littera* A, *ſunt à Dre. Aylwin communicata. Alia in eadem Appendice contenta Noſtra ſunt nunc primùm edita.*

Aq. Bardanæ comp.
Chalyb. noſtra
Fimi
Juniperi comp.
Limac. Scorbut.
Pectoralis
Millepedum
Scelotyrbica
Balſamum Mirabile
10 A Nephriticum *App.*
Shefferi
Bolus Balſamicus
Cardiacus
de Caſſiâ
ad Caſum
Chalybeatus
Hypochondriacus
* Hyſtericus *App.*
Luteus
20 Purgans
Sudoriferus
Vermifugus
Cataplaſma Amarum
Anginoſum
de Caſſia
de Cymino
de Halecibus
de Iride
Laterale.
30 de Ovis
Papaverinum
de Raphano
de Rapis
Sambucinum
Stomachicum
de Succis
Suppedale
de Telis
de Terrâ Cimoliâ
40 Vomit. Sedans
Candela Cordialis
1 Reſtaurans
2 Reſtaurans
Cereviſia Am. Arom.
Antimonialis
Aperiens
Arthritica
Aſtringens
de Baccis
50 1. ad Cancrum
2. ad Cancrum
Cephalica
Chalybeata
Chlorotica
de Dauco
Diuretica
Epileptica
Hydropica
Hyſterica
60 Icterica
Juniperina
è Lignis
Pectoralis
Purgans
—— Antimonialis
—— Hydropica
—— pro Puerulis
ad Rachitidem
Scorbutica Attemp.
70 —— Calida
—— Extemporanea
ad Scrophulas
Splanchnica
Splenetica
Cibus Albus
Cucupha

De-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0012-7

Decoctum Acetoſæ
Agarici
Amaro-Aromaticum
80 Antiloimicum
Aperiens
Aſtringens
Balſamicum
Bardanæ
Berberum
Cachecticum
Ad Cancrum
Cannabinum
Catarrhale
90 * Catechu ſimpl. *App.*
——— Comp.
Cephalicum
Chamæpiteos.
Clyſteriſans
Coccineum
Corallinæ
Cynogloſſi
Depurans
Diureticum
100 Edulcorans
Emmenagogum
Equiſeti
Expectorans
Febrifugum Am.
—— Magiſtrale
—— Salſum
Fracaſtorii
* —— Tenue *App.*
Hyſtericum
110 Ictericum
Incraſſans
Cort. Juglandis
——— Purgans
Juniperinum
Liberans
è Lignis
Luſitanicum
Malvæ Magiſtrale
Millefolii
120 ad Morſum Canis Rabidi
Nephriticum
Pacificum
Paſſulatum
Pectorale
Phthiſicum
Pleuriticum
Pſoricum
Purgans commune
Raparum
130 * Roſatum *App.*
Sacrum
Sanctum
Sarſæ
Scelotyrbicum
Scorzoneræ
ad Scrophulas
Siſtens
Splanchnicum
Spleneticum
140 Stypticum
Tamarindorum
Tartariſatum
Tolutanum
Traumaticum
Trifolii
Varioloſum
Electuarium contra Abortum
Acidum
1. Analepticum
150 2. Analepticum
Apophlegmaticum
Aſtringens
Balſamicum
Boyleanum
Camphoratum
Cardiacum calidum
——— temperatum
Carminans
Cephalicum
160 de Colophoniâ
* Corinthiacum *App.*
Cretaceum
de Curcumâ
Diaſulphuris
Expectorans
Hyſtericum
Laxans
Lucatelli
de Malvâ
170 Martis
Maſtichinum

* de Menthâ *App.*
de Myrrhâ
Nephriticum
Pectorale
Peruvianum
A - - Aſtringens *App.*
A - - Epilepticum *App.*
de Pœoniâ
180 Poterii
Purgans
Quadratum
Regium
de Rhabarbaro
Sanans
de Satyrio
Scorbutic. calidum
——— temperatum
de Sinapi
190 Splanchnicum
Stomachicum
Stypticum
Terebinthinatum
1. è Zedoariâ
2. è Zedoariâ
è Zinzibere
* Eleoſaccharum Cardia-(cum *App.*
A Elixir Anodynum *App.*
* Catharticum. *App.*
200 Stomachicum
Emeticorum Form.
Emplaſtrum Angin.
Anodynum
Apoplecticum
Arthriticum
Balſamicum
Cephalicum
Dorſale
Epiſpaſticum
210 Febrifugum
Gravidarum
de Hierâ
Hydropicum
Ictericum
Iſchiaticum
Laterale
ad Lumbaginem
de Majoranâ
Maſtichinum
220 Nephriticum
Pectorale
A Pleuriticum *App.*
de Pyrethro
Spinale
1. Spleneticum
2. Spleneticum
1. Stomach. comp.
2. Stomach. comp.
Suppedale
230 Temporale
de Thure comp.
* Volatile *App.*
Emulſio Arabica
Balſamica
* Brunneri *App.*
Cathartica
Communis
Cordialis
de Cornu Cervi
240 Pacifica
Pœoniata
Styptica
Enema Amarum
Anodynum
Apoplecticum
Balſamicum
Carminans
Colicum
Commune
250 Confortans
Corroborans
Dulce
Emolliens
Febrifugum
Hyſtericum
pro Infantibus
Laxans
Leniens
de Malicorio
260 Nutriens
Oleoſum Amarum
è 4 Oleis
Purgans
Refrigerans
Saponaceum
Somniferum

Terebinthinatum
ad Tormina
de Verbaſco
270 Epithema Aluminoſum
Anodynum
de Calce
Cephalalgicum
Cordiale
Frontale Aq.
—— Lacteum
de Saccharo Saturni
Saponaceum
Errhinum Chym.
280 de Elaterio
de Euphorbio
Solidum.
è Succis
Eſſentia Cordialis Hyſterica
Expreſſio Becabungæ comp.
Icterica.
Millepedum ſimplex
—— Icterica
- - ad Pertuſſim
290 Pleuritica
Pœoniata ]
Refrigerans]
Roſacea
Scorbutica calida
- - temperata
Styptica
Extractum Pectorale]
Fotus Amaricans
Anodynus
300 * Aſtringens *App.*
Camphoratus
ad Colicam
Diureticus
Dyſentericus
Emmenagogus
ad Hæmorrhoïdum dolo-(rem
- - fluxum
ad Inflammationes
Lateralis
310 Pacificus
Podagricus
Sambucinus
Scorbuticus
Spleneticus
Stomachicus
ad Tympanitim
Frontale
Gargariſma Anginoſum
Commune
320 Detergens
Emolliens
Lævigans
ad Linguæ ardorem
Myrrhiſatum
Paralyticum
ad Pituitam
Prunellorum
de Pyrethro
Refrigerans
330 Roſatum
Scorbuticum
Varioloſum
de Vite
pro Uvulâ
Hauſtus Alexipharmacus
Amarus
ad Arenulas
Aſtringens
Bechicus
340 Camphoratus
Cardiacus
ad Caſum
ad Catarrhum
Cephalicus
Conſolans
è Cynogloſſo
Diaphoreticus
Diureticus Acidus
- - Oleoſus
350 * ad Febrem Vulnera-(riam *App.*
Febrifugus
- - Riverii
contra Fluorem
Hæmoptoïcus
Hydragogus
Hyſtericus
Japonicus
Lacteus
Nitroſus
360 Oleoſus

Pare-

Paregoricus communis
-- Refrigerans
Peruvianus
Pleuriticus
Præparans
Saccharinus
è Volatilibus
Saponaceus
Stypticus
370 Varioloſus
Contra Vomitum
Hydrogala Chartaceum
* Hydrom. cum Ceraſis *App.*
Diureticum
Joelis
1 Pectorale
2 Pectorale
Simplex
Infuſum Amarum
380 -- Chalybeatum
Anthelminthicum
Arthriticum
Cardiacum
Cephalicum
Chamæmeli
Colicum
Epilepticum
Hiſpanicum
Purgans
390 Reſerans
Rhabarb. comp.
Roſatum
-- Comp.
Rubrum
Stypticum
Traumaticum
Julapium Acido-dulce
Alexiterium
Antemeticum
400 Aſtringens
Aureum
Camphoratum
Carminans
Cephalicum
Chalybeatum
Cordiale
-- temperatum
Diureticum Acidum
-- Aromaticum
410 -- Nitroſum
Emmenagogum
A Epilepticum *App.*
Hyſtericum
Idæum
Moſchatum
* -- Infantum *App.*
Pectorale
Perlatum Attemperans
-- Cordiale
420 -- Hyſtericum
-- Phthiſicum
Pleuriticum
Proprietatis
Puerperarum
Refrigerans
Scorbuticum
* de Sedo *App.*
Splanchnicum
430 Stypticum
Succinatum
1 Juſculum Cancrorum fluviatil.
2 Cancror. flu.
Conſummatum
Galli
Phthiſicum
Lapis Alexiterius
A Lavamentum Hydropicum *App.*
Laudanum Hyſtericum
440 Linimentum Aluminoſum
Cephalicum
Frontale
Hæmorrhoidale
* Joelis *App.*
Laterale
Paralyticum
Spinale
Litus Facialis
Lixivium Hydropicum
450 Lohoch de Allio
Apophlegmaticum
Aſthmaticum
Balſamicum
Bechicum
Commune
Enulatum

Ha-

Haly
Japonicum
Incraſſans
460 Lævigans
de Lino
Lucatelli
Mucilaginoſum
Myrrhiſatum
Oleoſum
de Olibano
Peruvianum
Pleuriticum
Rubrum
470 de Spermate Ceti
Stypticum
Viride
Lotio Camphorata
Cephalica
Facialis
Mercurialis
Pedalis
* Maſticatoria *App.*
Mel Paſſulatum
* 480 ——— Mayerni *App.*
Miſtura Acoviſtica
Aromatica
Aſthmatica
Aurea
Balſamica
A -- Nephritica *App.*
Bechica
de Bolo
Cardiaca aquoſa
490 -- Edulcorans
——— Oleoſa
Carminativa
Clyſteriſans
1 Colica
* 2 Colica *App.*
Conſolans
Corallata
Diaſulphuris
Diuretica
500 Ecphractica
Epileptica
ad Eryſipelas
1 Expectorans
2 Expectorans
ad Gulam.
Hyſterica aquoſa
——— Spirituoſa
Juniperina
Moſchata
510 Oleoſa
Pacifica
Paralytica
Pectoralis
Peruviana
A Pleuritica *App.*
Salina
Saponacea
Scorbutica
de Spermate Ceti
520 Stomachica
Tartarea
Thebaica
Tubularis
Nodulus Hyſtericus
Oleum Acoviſticum
Cephalicum
Paralyticum
Rhabarbari
Oxymel Aſthmaticum
530 de Peto
Purgans Pectorale
Paſſulæ Purgantes
Paſta ad Aphthas
Gallica
Paſtilli Odoriferi
Petum Phthiſicum
Pila Odontalgica
Pilulæ Alexiteriæ
de Allio
540 de Ambrâ
de Ammoniaco Stomachicæ
Antemeticæ
Arthriticæ
Aſtringentes
Balſamicæ
Benedictæ
Cachecticæ
Camphoratæ
Carminativæ
550 Catarrhales
Catholicæ
Cephalicæ


Cha-

Chalybeatæ
1 ——— Purgantes
A 2 -- Purgantes *App.*
è Cinnabari
de Coccinillâ
Colicæ
Cratonis
560 Croceæ
Diaphoreticæ
1 Diureticæ
2 Diureticæ
Dyſentericæ
Ecphracticæ
Emmenagogæ
Expectorantes
Febrifugæ
Gemmeæ
570 Gentianæ
Gileadenſes
de Guaiaco
Hæmoptoïcæ
Hydragogæ
Hyſtericæ
Japonicæ
Ictericæ
Luteæ
de Mercurio crudo
580 ——— dulci
de Myrrhâ
Nephriticæ
Nigræ
de Olibano
Pectorales
Piceæ
Pleuriticæ
Polychreſtæ
Poterii
590 Puerperarum
è Sale Chalybis majores
——— minores
Salinæ
de Scammonio
Smegmaticæ
Solenandri
1 Spleneticæ
2 Spleneticæ
Stomachicæ
600 ——— Purgantes
Stypticæ
Sulphureæ
Sylvii
Syncopales
è Terebinthinâ
Placentæ Purgantes
Potio Alba
de Ammoniaco
Lenitiva
610 Purgans Hydropica
-- Nephritica
-- Reſinoſa
de Rhabarbaro
Sancta
Vulneraria Arcæi
Warwicenſis
Priſana
Pulvis contra Abortum
Alexipharmacus
620 Ambræ Comp.
Angelicæ Comp.
Anthelminthicus
-- Purgans
Arabicus
Aromaticus
Arthriticus
Aſtringens
Aurantiorum Comp.
Balſamicus
630 Bezoarticus
Capillaris
Cardialgicus
Carminativus
ad Caſum
Catharticus communis
A Cephalicus *App.*
Chalybeatus
1 Colicus
2 Colicus
640 Conſolidæ comp.
Dentalgicus
Dentifricius Schroderi
Diaphoreticus
1 Diureticus
2 Diureticus
Edulcorans
Emmenagogus
Epidemius

Eu-

Euphragii Comp.
650 Febrifugus
Gravidarum
* de Guttetâ Mayerni *App.*
Hæmoptoïcus
contra Hæmorrhagiam
ad Herniam
Hibernicus
Hyſtericus
Incraſſans
Laccæ Comp.
660 Laxans
Majoranæ comp.
de Maſtiche comp.
Millepedum comp.
Myrrhæ comp.
A Nephriticus *App.*
Nitroſus
de Nuce Moſch. comp.
* Ocul. Cancr. comp. *App.*
Odoriferus
670 Odorus Damaſcenus
Pavonius
Panchymagogus
Pectoralis
Pepticus
Perlatus
Pleuriticus
Pœoniæ comp.
Splanchnicus
Sternutatorius
680 Stomachicus
———Amarus
ad Strumas
1 Stypticus
2 Stypticus
Tartari Com.
Theriacalis
Tilingii
Viperarum Comp.
Uvularis
690 Rob Acaciæ
Saccharum Perlatum
Sacculus Aromaticus
de Cymino
Lateralis
Stomachicus
ad Uvulæ relaxationem

A Sal volatile Sudoriferum *App.*
Scutum Cardiacum
Pectorale
700 1 Stomachicum
2 Stomachicum
Serum Deoppilans.
Lujulatum
Purgans Hyſtericum
Scorbuticum
Tamarindinatum
A Spiritus Antiſcorbuticus *App.*
Carui Comp.
A Vini rectif. ſine calore *App.*
710 Succus Attemperans
Hæmorrhoïdalis
Hydropicus
Scorbuticus
* Suffitus ad Ani Procid. *App.*
1 ad Catarrhum
2 ad Catarrhum
Odoriferus
Phthiſicus
ad Teneſmum
720 * ad Uteri prolapſum *App.*
Suppoſitoria
Syrupus Albus
de Allio
* de Ammoniaco noſter; & Aſthmaticus *App.*
* Balſamicus *App.*
Boyleanus
Chalybeatus
è Sale Chalybis
è Cynogloſſo
730 Diureticus
de Helenio
Incraſſans
de Liquiritiâ
de Malvâ
* de Myrrhâ *App.*
A ad Tuſſim Convulſivam *App.*
Tabulæ Balſamicæ

Car-

Cardiacæ
Cephalicæ
740 Hæmoptoicæ
Hyſtericæ
Pectorales
A Peruvianæ Antihecticæ *App.*
Tinctura alexiteria
Antiphthiſica
Balſamica
Dulcis
A Epileptica *App.*
Gentianæ
750 G Laccæ
A Martialis *App.*
Purgans
——Cephalica
Rhabarbari ſimplex
Stomachica
Trochiſci Catarrhales
* Paralytici *App.*
Pectorales nigri
Sambucini
760 è Tamarindis
Vapor ad Anginam
Auricularis
* Emmenagogus *App.*
Hæmorrhoïdalis
Pectoralis
ad Urinam ciendam
Vinum Amarum
——Catharticum
——Chalybeatum
770 Catharticum
Chalybeatum
Diureticum
Enulatum
A 1 Hydropicum *App.*
2 Hydropicum
Ictericum
Mirabile
Pectorale
Scorbuticum
780 Stomachicum
Unguentum Aloëticum
Aperitivum
De Bills
ad Calculum
ad Contracturas
Cordiale
Crinificum
ad Eryſipelas
Frontale
790 Hæmorrhoïdale
* ad Lac Repellendum *App.*
Pectorale
1 Pleuriticum
A 2 Pleuriticum *App.*
Podagricum
Renale
Saponaceum
Splanchnicum
Spleneticum
800 * Stomachicum *App.*

F I N I S.

# A.

## *Aqua Bardanæ Compoſita.*

℞ RAD. Bardanæ, Garyoph. Tormentil. Cynogloſ. recent. ā ℥iv. Herb. Jacobææ, Geran. Robert. Plantag. Chelidon. maj. Agrimon. Veron. Hed. terr. Sedi maj. ā Mij. Sem. Fœnic. dulc. Coriand. ā ℥ij. Seri Lactis Cong. ij. deſtill. ut artis eſt.

Serum magis aptum videtur Deſtillationi, quatenùs demptâ parte caſeoſâ inutili, minùs Empyreumati obnoxium eſt.

Utilis eſt in Cancro, Scrophulis, morbis interioris receſsûs, & obſtinatis. Ingreditur benè Julapia appropriata. In hujus ℥iij. exprimantur Millep. contuſi N° 40 vel 50 pro doſi matutinâ per menſem integrum.

## *Aqua Chalybeata noſtra.*

℞ Limat. Chalyb. Tart. albi pul. ā ℥iiij. Aq. font. ℔viij. digeratur moderato furni calore 4. dies: deindè liquor clarus per colum effundatur; uſuique reſervetur.

Hæc Aqua, ſi nimis diù aſſervetur, fætorem contrahit. ſed abſq; ſumptu paratur; Chalybe ſatis imprægnatur; & ad hunc modum miſta commodiſſimè exhiberi ſolet.

℞ Aq. Chalyb. noſt. ℔j. Aq. Ment. Ab-

ſint. comp. ã ℥ij. Aq. Lumbric. Magiſtr. Gent. Comp. Syr. è 5 Radic. á ℥iv. m. f. Julap. cujus Doſis cochl. vi. bis in die.

*Aqua Fimi.*

℞ Herb. Becab. Naſturt. aq. Ling. Cerv. ã Miij. Cort. Aurant. recent. N° iij. Nuc. Moſch. ʒvi. Sterc. Eq. ſucculenti ℔iij. Lact. ℔ix. Succi Scabioſæ, Tarax. Aq. Hyſſopi ã ℔j. f. Deſt. ſ. a.

Uſurpatur in Julapiis contra affectus Pectorales, Scorbutum, & Dolores vagos.

*Aq. Juniperi Comp.*

℞ Bacc. Junip. contuſ. ℥xii. Sem. Aniſi, Carui, Coriand. ã ℥j. Spir. Vini ℔xij. Aq. (ad med. coctæ) ℔iv. Salis decrepit. ℥iv. f. Deſtil. ſ. a. ex Alembico.

Carminativa, Stomachica, & Splenetica dici meretur.

*Aqua Limacum Scorbutica.*

℞ Limac. cum teſtis contuſ. ℔iij. Cort. Aurant. recent. ℥iij. Herb. Becabungæ, Naſturtii aq. Aparines ã Miij. Seri Lact. ℔vj. fiat Deſt.

Aquam è Lacte deſtillatam non eſſe (quicquid alii aſtruant) meram & ſinceram Aquam Elementarem, hinc (inter cætera) conſtat; quòd diutiùs aſſervata aceſcit. Sic equidem citò ſolet juſculum (id eſt Aqua ſuccis Animalibus imprægnata) nunquam verò Aqua ſimplex, licèt ævum reponatur. Sed Aqua

Lactis eſt (prout mea fert ſententia) Ros quidam Animalis, nobis congener; Cruori ſuppeditans Lympham ſalinæ aſpredinis expertem, mollem & amicam; quæ totam maſſam diluendo, contemperando, & commiſcendo, eam æquabiliùs liquidam, benigniorem, magiſq; homogeneam reddit; proindeq; quò liberius Sanguis circuletur; fervores deponat; Parteſq; nutriat, egregiè opem confert

Laudem meretur contra Febrem erraticam ſcorbuticam, Dolores vagos, Maraſmum, & Sudores nocturnos.

## *Aqua Limacum Pectoralis.*

℞ Limac. contuſ. ℔iij. Micæ Panis albi ℥xij. Nuc. Moſch. ʒvj. Herb. Hed. terr. Mvj. Seri Lact. ℔vj. Deſt

Quandocunq; volui hanc Aquam non fore omninò frigidam, ſpiritûs Vini ℔ſs. vel ℔j. ante deſtillationem adjeci. Cogitavi etiam de additione Balſ. Tolut. ʒvj. (ſc. ut Aqua Balſamum gratè Spiraret:) ſed nondùm expertus ſum.

Rerum Eſſentiæ, & Affectiones adeò ſunt ſubtiles, adeò abſtruſæ, ut meliùs à poſteriori, quàm priori plerùmq; ſint dignoſcendæ. Ideòq; (negat id licét Zwelferus; dummodò aſſerat Experientia) ratum nobis habeatur, quòd quamvis Limaces & Panis Mucilaginem ſuam, & Succum craſſum per Alembici roſtrum emittere nequeant, Effluvia tamèn Sanativa poſſunt; iiſq; Aquam (eorum vehiculum) ſaturè imprægnare ſufficiant.

Humectat, Lenit, Nutrit, Confortat; Extenuatis, Hecticis, & Phthiſicis conducit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0023-9

*Aqua Millepedum.*

℞ Millep. viv. Pint. jſs. Cort. recent. Aurant. & Limon. ā ℥iij. Micæ panis albi ℥xij. Nuc. Moſc. ʒvj. ſucci Scabioſæ, & Aparines ā ℔j. Seri Lact. ℔iv. deſt.

Cortices debent eſſe recentes: licèt enìm inter deſtillandum, Herbæ aromaticæ plus olei præbeant ſiccatæ, quàm virides; è contra tamèn Cortices Aurantiorum, & Limonum plus olei (& conſequentèr Saporis, Odoris, & Virtutis) præbent virides, quàm ſiccati.

Uſui eſt in morbis capitis & nervorum, in Arthritide, affectione Hypochondriacâ, Aſthmate, Phthiſi, Scrophulis. Sanguinem depurat, Urinam movet. Vide Expreſ. Millep. ſimpl.

*Aqua Scelotyrbica.*

℞ Rad. Raph. ſylv. Ari. Cort. Aurant. recent. ā ℥iij. Herb. Cochl. hort. Perſicar. ā Mvj. Naſturt. aq. Becab Salv. Ment. ā Miij. Nuc. Moſch. ʒiij. Cereviſ. annoſæ ℔xij destill.

In Julapiis, Infuſis, Decoctis. Valet præcipuè contra Scorbutum, ejuſque varia ſymptomata. Inſuper Urinam movet.

*Balſamum Mirabile.*

℞ Thuris ℥ij. Maſtiches, Garyoph. Galangæ, Mac. Cubeb. ā ℥ſs. Lig. Aloes ℥j. pulveriſata miſce cum Mellis ℔ſs. Terebinth. Ven. ℔j. his adde Spir. Vini com. q. ſ. (ſc.

uti

uti ſolet ad Tincturæ extractionem ) Deſtilla in Baln mar. & quando acceperis omnem aquam limpidam, ſuppone aliud recipiens ; ſecundò enim prodibit Balſamum nobile rubrum quod rectifica.

Accepi à Peregrino, qui hiſce verbis commendavit. Externe curat vulnera omnia curabilia, inter 24 horas, nempè ſi applicentur guttæ aliquot. Curat Ulcera antiqua, Cancros, Fiſtulas, Lupos, Noli me tangere, intra 15 dies, applicatione quotidianâ. Convenit etiam ad Carbunculos, eos extinguit intra tres horas. Contra omnes oculorum morbos, tertio quoque die guttam j. inſtillando. Internè exhibeantur gut. v. ad x. ad Contuſiones, Hæmorrhagias internas, Phthiſin, & affectus Nervorum. Sic ille.

### *Balſamum Shefferi.*

℞ Sal. vol. CC. & Salis Armon. ā ʒj. Ol. Mac. ſtill. ℈j Spir. Vini ſummè rectit. ℥j. digere ſ. a.

Eſt quoddam Sal volatile oleoſum. Datur ad xx vel xxx guttas in vehiculo appropriato; ad Capitis & Nervorum affectus pituitoſos ; Gravedinem, Paralyſin : Etiam ad Cordis palpitationem; affectiones Hypochondriacas, & Hyſtericas.

### *Bolus Balſamicus.*

℞ Conſ. Roſ. rub. Balſ. Lucatel. ā ʒſs. Balſ. Peruv. gut. iij. m.

Præſtans remedium eſt ad Tuſſim inveteratam ; Hæmoptoen ; Phthiſin incipientem ;



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0025-0 DFG

Dyſenteriam; Contuſionem; & ubicunque vaſa ſanguinea interna ſunt diſrupta.

*Bolus Cardiacus.*

℞ Pul. è Chel. Cancr. Comp. Lap. de Goâ ā ℈ſs. Croci pul. gr. v. Confect. Alkerm. q. ſ. m.

Spiritus languentes recreat: ſudorem ſuavitèr movet: frequentis, & egregii usûs eſt in Febribus continuis, bis, quater, vel ſexies in die ſumendus.

*Bolus de Caſſiâ.*

℞ Pul. Caſſiæ recèns extrac. ʒvj. Terebin. Ven. (in Aq. Petroſel. lotæ) ʒiij. Pul. Rhab. ℈j. pul Glycyrr. q. ſ. f. Bol.

Præſcribitur ad Arenulas, & contra Gonorrhæam.

*Bolus ad Caſum.*

℞ Sperm. Ceti. ℈j. Sal. volat. CC. gr. v. Balſ. Peruv. gut. v. Ther. Ven. ʒſs. Syr. de Mecon. q. ſ. m.

Sanguinem coagulatum diſſolvit; vulneraque interna ſanat; Diaphoreſin, & Diureſin promovet. Contuſis detur (poſt venæ-ſectionem) ter in die. Apprimè conducit Puerperis, ſtatim à Partu.

*Bolus Chalybeatus.*

℞ Extrac. Martis Mynſichti ℈ſs. Balſ. Gilead. gut. vj. Conſ. Roſ. rub. ʒj. m.

In

In Inappetentiâ, Languore, & Marcore, ſine Febre, detur mane quotidiè per menſem.

*Bolus Hypochondriacus.*

℞ Ent. Veneris, Spicæ nardi pul. ā gr. viiſs. Conſ. fl Borag. ℨj. m.

Sumatur bis in die per menſem, ſuperbibendo hauſtum Julapii idonei; vel Decoc. Splanchn. quod vide.

*Bolus Luteus.*

℞ Rhab. (non toſti, ſed Radulâ raſi) à ℈j. ad ℈ij. Ol. Cinnam. gut. j. Diaſcord. q. ſ. m.

Remedium præſtantiſſimum in Diarrhœâ. Detur manè primo, & repet. pro re natâ. Vide Infuſ. Rhab. Comp.

*Bolus Purgans Communis.*

℞ Pul. Rad. Jalap. â ℈j. ad ℨſs. Scammon. præp. à gr. iij. ad vj. Calomel. gr xv. Ol. Aniſi gut. j. Elect. Lenit. q. ſ. m. ſumatur manè cum regimine.

*Bolus Sudoriferus.*

℞ Pul. Rad. Serp. Virg. gr. xv. Ther. Ven. ℨſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Laud. liqu. gut. xv. Diacod. q. ſ. m.

Egregiè, & præ cæteris ferè omnibus, ſudores movet. Summè Alexipharmacum eſt, & præpotens medicamentum in Febribus continuis & mali moris, præſertim Diarrhæâ ſtip-

 atis.

atis. Stomachicum eſt, Cordiale, Hyſtericum.

*Cataplaſma Amarum.*

℞ Ther. Ven, Farinæ Lupin. ā ʒiij. Sem. Santon. ʒiſs. Spec. Hieræ pic. ʒſs. Ol. Abſinth. ſtill. gut. xvj. Succi Tanaceti q. ſ. m.

Regioni Umbilicali applicetur, contra Vermes. Vide Fot. Amaric.

*Cataplaſm. Anginoſ.* ℥viij.

℞ Fic. ℥iv. Alb. Canis ℥ſs. Flor. Sulph. Piperis longi ā ʒj. Sp. Vini. com. ℥ij. Ol. Abſinth. chym. gut. xvj. Diacod. q. ſ. miſce, probè contundendo in mortario. Gulæ apponatur, ut pertingat utraſque aures.

Licet Angina ſit Inflammatio; atq; in principio Inflammationum plerumq; locum poſtulent Repellentia; hic tamèn maximopere ſunt cavenda; quià pars affecta eſt admodùm glanduloſa, utpotè Salivationi dicata; atq; ſi ex Refrigerantibus, & Repellentibus perperàm admotis, Saliva coaguletur; Glandularum tonus debilitetur; inibiq; obſtructiones multùm adauctæ, & obſtinatæ reddantur; nequit exindè non fieri, quin planè ſuffocetur æger. Sed præcipua erit danda opera, ut Pituita liquetur, Glandulæ confortentur, & exonerentur. Hæc autèm hujuſmodi calidis externis, & Gargariſmis internis optimè conficiantur: diligentèr interim curando, ut major Inflammatio, & Affluxus ad partem, per liberalem Sanguinis miſſionem, Enemata, & Epiſpaſtica, præſcindantur, & præcaveantur.

## *Catapl. de Caſſiâ.*

℞ Extrac. Caſſiæ ℥j. Ung. Sambuc. ℥ij. Sperm. Ceti. ℥ſs. Pulv. Agar. ʒiſs. m. f. Catap.

Adverſus Anginam celebre & ſecretum remedium.

## *Cataplaſma de Cymino.*

℞ Cepar. ſub. cinerib. aſſatarum ℥iſs. Croci (forcipibus minutim ſciſſi) gr. xv. Ol. Succini gut. xij. Pul. ſem. Cymini, Ung. Dialth. ā ʒiij. m.

In Aurium Dolore plurimum poteſt. Admoveatur calidiſſimè, & renovetur quartis horis, ſi dolor eo uſque perſeveraverit.

Aliqui vehementèr prohibent Opium in Aures intrudi; ne ſc. Organi tonum laxet, Obauditionemq; inducat; quod mihi (non ſatis experto tamèn) vix veroſimile.

## *Cataplaſm. de Halecibus* ℥xſs.

℞ Rad. Bryon. albæ ℥ij. Sapon. nigr. ℥iij. Carnis Halec. (vel Encraſicularum) ex muriâ ℥iv. Salis ℥iſs. m.

Plantis pedum alligetur, quando materia febrilis caput malè petit; Spirituſq; opprimendo; Stuporem, Soporemvè inducit.

## *Cataplaſma de Iride.*

℞ Farinæ Rad. Irid. Florent. ℥j Mellis ʒiij. vel q. ſ. m.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0029-6

Super alutam extenſum, proficit in Anginâ, & affectibus Pectoris pituitoſis, dolore Laterali externo, *&c.*

*Cataplaſma Laterale.*

℞ Farinæ Sem. Lini ℥viij. Fœnugr. Cymini ā ℥iv. Ol. Lini q. ſ. miſce in mortario.

Dolorem lenit; mirabilitèr Penetrat; & Diſcutit. Locum habet in Pleuritide, præſertìm Spuriâ.

Mirum eſt quod refert Wallæus, ſc: Butyrum cum Cymino Pectori exteriùs applicatum tam fortitèr operari, ut æger ſaporem ejus in ore ſentiat.

*Catapl. de Ovis.*

℞ Vitell. Ov. ad. duritiem coctos N° iv. Ol. Succini ℈ij. Ol. Lini q. ſ. m.

Ad dolores, & tumores Hæmorrhoidales.

*Catapl. Papaverinum.*

℞ Flor. Roſ. rub. ſicc. minutim ſciſſ. ℈iv. Sem. Papav. albi contuſ. Ol. Roſ. ā ℥ſs. Farinæ Hord. ℥j. Aceti q. ſ. m.

Refrigerans, Reſtringens, & Anodynum eſt: Fronti applicetur tepide ad Capitis dolorem pulſatilem.

*Catapl. de Raphano ℥viij.*

℞ Rad. Raph. ſylv. Scillæ ā ℥ij. Herb. Rutæ. Sem. Sinap. Salis ā ℥j. Sapon. nig. ℥ij. Aceti. q. ſ. m.

Non-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0030-7

Nonnunquam addere ſoleo pulv. Cantharidum ℈ij.

Pro plantis pedum in Febribus. Vid. Catapl. de Halec. & Lot. Ped.

*Catapl. de Rapis ℥xij.*

℞ Rad. Raparum (in clibano coct.) ℥viij. Herb. Rutæ contuſ. Miv. Sem. Sinap. contuſ. ℥ij Ol. Junip. ʒij. Ung. Nerv. q. ſ. m. f. Catapl. pulv. Euphorb. aſpergendum.

Ab menbra Paralytica. Vide Lin. Paralyt.

*Catapl. Sambucinum.*

℔ Fol. (vel cortic intern.) Sambuci Miv. decoq. in Lacte: expreſſioni adde Saponis mollis ℥j. in linteum duplex extenſum, pulvere Ceruſſæ conſperſum, & calidè applicatum, mirificè compeſcit Eryſipelas.

*Catapl. Stomachic. ℥j.*

℞. Ther. Ven. ʒvj. Cinnam Garyoph. pul. ā ʒj. Ol. Chym. Ment. gut. vj. Abſint gut. ij. Aceti. q. ſ. m.

Contra nauſeam, & vomitum.

*Catapl. de Succis.*

℞ Succ. expreſ. Cepar. Petroſel. Apii, Fœnic. ā ℥ij. Micæ panis albi q. ſ. contunde in Mortario.

Ad Urinam ciendam. Applicetur Pubis regioni; vel juxta Ureteres, ſi forte calculus minor illapſus inibi ſubſtiterit. vid. Fot. Diuret.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0031-3 DFG

### *Catapl. Suppedale.*

℞ Ther. Ven. ℥ij. Sem. Sinap. Gran. Parad. ā ℥iſs. Salis ℥j. Sapon. nig. ℥ij. Ol. Spicæ ℈ij. Aceti. q. ſ. m.

Ut Suppedaneorum diverſa Genera, Operandi naturam, Uſurpandiq; rationem (ad mentem meam) explicem; Dico quòd agunt.

1° In quantum Pedum cutis ſenſu pollet exquiſitiſſimo; exindeq; vis remedii illi impreſſa in Fibrillas, Membranas, Nervos, Cerebrum, & Spiritus: hincq; in Cor, Arterias, & Sanguinem facillimè derivatur. Hujus generis ſunt 1° Actu calentia, & Pacantia, uti Lotio Pedalis (quam vide) atq; ex uſu ſunt quotiès Sanguis ebulliens inæqualitèr circulatur, & impetu facto Superiora perperàm impetit; ut in Capitis ardore, dolore, Vigiliis. 2° Acria Stimulantia, qualia ſunt Catapl. de Halec. & de Raph. atq; indicantur cum Spiritus ipſi opprimuntur (ſed non perimuntur) & ſtupent; ut in Affectibus Soporoſis.

2° Agunt in quantum Corpuſcula quædam ex iis decedentia, atq; in Sanguinem ipſum immediato tactu admiſſa, illum pro vario eorum naturâ, vel mollitèr palpant; vel vividè exagitant. Hujus generis ſunt, 1° Spiritus Expandentia, & Excitantia, ut Theriaca, Olea Aromatica, Allium, *&c.* Hæcq; expetuntur quando Spiritus exhauſti extremè languent & ferè ſuccumbunt; prout in Febricitantium Tendinum ſubſultibus, Syncope *&c.* 2° Spiritus Demulcentia, qualia ſunt Columbarum, Pullorumvè vivorum diſſectorum; & Pulmonum Agninorum adhuc calentium applicationes.

nes. Hiſq; tunc utimur cùm Spiritus ſummè irritantur, & exploduntur; ut in Vigiliis, Delirio, Convulſionibus.

*Catapl. de Telis.* ℥xſs.

℞ Terbint. Ven. ℥ij. ſucci Plantag. ℥iſs. Fic. N° iij. Flaved. cort. Aur. recent ʒij. Boli ʒiſs. Fulig. ℥ſs. Sterc. Columb. ℥iſs. Tel. Aranear. magn. N° vj. Sapon. nig. ℥iv. Aceti q. ſ. m.

Ad Febres intermittentes. Carpis ſtrictim alligetur ante Paroxyſmi acceſſum.

*Catapl. de Terrâ Cimoliâ* ℥xij.

℞ Micæ panis albi ℥iv. Sem. Papav. albi contuſ. ℥ij. coq. in Lacte; col. expreſ. adde pul. Terræ Cimoliæ, ol. Roſ. ā ℥ij. Ol. Mac. expreſ. ʒj. Camph. ℈j. m.

Capiti raſo admoveatur, ad vigilias, & Phrenitidem, quotiès cauſa ſit externa, ſcil. Ardor, & fere Inflammatio Pericranii. Ad Cerebrum verò ipſum intra Cranii, & Meningum mænia tàm ſecurè munitum, hujuſmodi Externa poſſe pertingere, vix adhuc auſus ſum credere.

*Catapl. Vomitum ſedans.*

℞ Cydon. (ſine Seminibus) ℔ſs. coq. in Aceto ad Mollitiem; in mortario contuſ. adde Pul. Balauſt. ℥ſs. ſuper linteum extenſ. aſperg. Pul. Garyopl. ʒj. calidum applicetur.

*Cau-*

### *Caudelæ Cordialis* ℔j.

℞ Amygd. dulc. contuſ. N. xij, Vitel. ov. No ij. Conſ. Roſ. rub. & Conſ. Fl. Garyoph ā ℥j. Aq. Cœleſt. ℥ſs. Vini Canar. Aq. Roſ. Damaſc. redolentis ā ℔ſs. m. & expreſ. adde Confec. Alkerm. ʒij. Ol. Cinnam gut. ij. m.

Inſigniter nutrit, & Spiritus proſtratos reficit.

### *Caudelæ Matutinæ* ℥viij.

℞ Vitel. Ov. No ij. Alæ optimæ, Vini albi generoſi ā ℥iv. Sacch. Albiſſ. p. ſ. optimè (è vaſe in vas ſæpius transfundendo) agitentur, & incorporentur; tandem adde Nuc. Moſc. raſæ q. ſ. m.

E Morbo emaciante convaleſcentibus jucundo eſt auxilio.

### *Caudela Reſtaurans.*

℞ Medullæ ſpinal. Bov. (mundatæ à pelliculis) ℔ſs Aq. Roſ. & Vini dulcis (Tent dicti) ā ℔j. Dactyl. inciſ. No x. Paſſul. ſol. exarillat. No xxiv. Cinnam. ʒij. elixetur in Balneo vj. horas

℞ Hujus col. ℥vj. Vitel. Ov. j. Nuc. Moſc. ℈i. Sacch. q. ſ. m.

### 2. *Caud. Reſtaurans.*

℞ Vini dulcis (Tent) ℔iv. Raſ. Sant. albi. Cupul. Gland ā ℥ſs. Rad. Eryng. cond. Dactyl. Fic. ā ℥iv. Nuc. Moſc. inciſ. ℥ſs: Herb.

Herb. Lamii Mii Coq. ad ℔ij. col. adhuc tepidæ adde Vitel. Ov. N° iv. Sacch. candi albi ℥j. m.

Addi poſſunt Raſ. CC. Ebor. Priap. Hippopotami, Horminum, *&c.* propinetur tepidè manè.

### *Cereviſia Amaro Aromatica.*

℞ Abſint. ſicc. Miv. Rad. Calami aromat. ℥iſs. Zedoar. ℥j. Angel. Hiſp. Enulæ, Zinzib. Galangæ, Cort. Winter. Cinnam. Sem. Carui, Coriand. ā ℥ſs. Pip. longi, Cubeb. Cardam. Garyoph. Mac. Nuc. Moſc. ā ʒij. præp. pro ſacculo ſuſpend. in Cong. iv. Cereviſ.

Ventriculum frigidum calefacit, flaccidum corroborat, Coctionem juvat, Flatus diſcutit, Nauſeam tollit, & Vomitum ſedat. Porrò Sanguinem exaltat: Succos craſſos attenuat; crudos digerit, Obſtructiones aperit; & Diaphoreſin promovet.

### *Cerev. Antimonialis.*

℞ Antimon crudi (pulv. in nodulo ligati) ℔j. Herb. Fumar. Agrimon. ā Miv. pro Cereviſ. Cong. iv, Ad potum ordinarium, adverſus Sanguinis fæculentias, & Affectus Cutaneos.

### *Cerev. Aperiens.*

℞ Rad. 5. Aper. Cichor. Filic. mar. Glycyrrh. ā ʒij. Herb. Linguæ Cerv. Hepaticæ, Hed. terr. Summit. Tamariſci ā Mij. Bac.

Junip. Sem. Fœnic. dulc. ā ℥ij. Paſſul. ſol. exacin. ℔ſs. f. Sacculus pro Cong. iv.

Obſtructiones reſerat, ſanguinem retorridum, acrem, ſalſum corrigit, & recrementa ejus per Urinam amandat. Uſui eſt poſt Febres in quibus Sanguinis Craſis vitiatur; nec non in Scorbuto calidiori, Rachitide, &c. Doſ. ℔j. bis in die.

*Cerevisia Arthritica.*

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. ā ℥j. Herb. Chamædr. Chamæpit. ā Mij. Coq. in Cereviſ. novellæ (Lupulorum vice) Cong. vj. ad iv. col. in doliolum repoſit. ſuſpend. Sacc. ſeq.

℞ Rad. Garyophyll. ℔ſs. Hermodact. ℥iv. Herb. Agrimon. Salv. Beton. ā Miv. Epith. Fl. Stæch. Arab. ā Mij. Paſſul. enucl. ℔ſs. præp. ſ. a.

In Arthritide, Doloribus vagis, Affectibus Catarrhoſis, Hydrope, Morbiſque à nimio, & acri ſero, tonoque partium præfracto oriundis, cum ſucceſſu laudabili propinatur ad ℔j. bis in die.

*Cereviſ. Aſtringens.*

℞ Rad. Symph. maj. Sigil. Salom. ā ℔ſs. decoq. in Cerev. nov. generoſæ cong. vj. ad iv. col. adde Succi Plantag. Millefol. ā ℔j. & ſuſpend. in ſacculo Herb. Burſæ paſt. Centinod. Saniculæ, Piloſel. ā Miv. Paſſul. enucl. ℥xij. ſimul fermenteſcant.

Sanguinis compagem nimis laxam, & ſolubilem obfirmat. Vaſa diſrupta conglutinat. Egregiè valet adverſus Hæmorrhoidum dolorem;

rem ; quaſcunq; Sanguinis profuſiones; Uteri Rheumatiſmum; Sudores nimios ; & Ulcera ichoroſa.

### *Cerev. de Baccis.*

℞ Bacc. Cynosb. ſiccat. & craſsè contuſ. ℔ſs. Bacc. Junip. ℥iv. Bac. Agrifol. Hed. arbor. Sem. Dauci ſylv. Fœnic. dulc. ā ℥j. Herb. Alth. Parietar. Aparines, Virgæ aur. ā Miv. Paſſul. ſol. ℔ſs præp. pro ſacc. ſuſpendend. in Cong. iv.

Flatus diſſipat, è Renibus & Veſicâ Mucores, & Arenulas eliminat.

### *Cerev. ad Cancrum.*

℞ Rad. Angel. Hiſp. Bardanæ , Filipend: ā ℥iv. Enulæ ℥ij. Gent. Serp. Virg. ā ℥j. Herb. Jacobææ. Geran. Robert. Salv. ā Miv. Scordii. Rutæ ā Mij. Millep. viv. Pint. j. Antimon. crudi fruſtulatim fracti ℔j. f. Saccul. pro cong. iv.

*N. B.* Minimè debet Cereviſia hæc eouſq; inveteraſcere, donec aceſcat. idq; non tantùm ob Millepedes, quorum Sal volatile ab Acido aboletur; ſed potiſſimùm ob Antimonium, quod ab acido reſeratum, planè Emeticum evadere proclive eſt.

Inſerviat potui ordinario per menſem.

### 2 *Cereviſ. ad Cancrum.*

℞ Lig. Guaiaci ℥iv. Saſſaph. Rad. Sarſap. Oxylap. Filipend. Cynogl. Cort. Ingland. ā

℥ij. Herb. Roberti, Lamii, ā Miv. Millep. pint. j. præp. pro Cong. iv. Cerev.

Scrophuloſis etiam præſcribi poteſt, iis præſertim qui frigidioris ſunt temperaturæ.

Obſervavi milliès (inquit Sylvius) Alterantia blanda majori Ægrorum commodo uſurpari paulò ante, aut poſt aſſumpta Alimenta; quin unà cum ipſis, quàm tempore alio. Sic enìm Medicamenti vis ſe blandè admiſcet, ac inſinuat, non tantum Salivæ in Ventriculo, ſed confluentibus Humoribus omnibus in Dextro Cordis Ventriculo; & cunctis Arteriis, Veniſq; quo ipſo citiùs, faciliùs, feliciuſq; abſolvetur quæſita ipſius, aut ipſorum Emendatio, & Correctio.

## *Cereviſ. Cephalica*

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. ā ℥ij. coq. in Cerev. nov. tenuis Cong. vj. ad iv. & ſuſpend. ſacc. ſeq. ſc.

℞ Rad. Pœon. mar. ℥viij. Angel. ℥iv. Calami arom. Galangæ ā ℥ij. Herb. Beton. Salv. Chamæpit. Marrub. albi ā Miv. Rutæ, Fl. Stæch. ā Mij. Cort. Aurant. recent. ℥ij. Bac. Junip. Cardamomi ā ℥iij. præp. f. a.

Pepſin adjuvat: ſerum ſanguinis edulcorat. Cerebrum corroborat; ſpiritus depurat, & copulâ heterogeneâ extricat. Uſui eſt in morbis Soporoſis, Convulſivis, & Paralyſi.

## *Cerev. Chalybeata.*

℞ Limat. Chalyb. ℔ſs. Rad. Dulcamaræ ℔j. probè commiſceantur in Mortario, & f. Nodul. pro Cong. iv. Cerev. — Addi poſſunt

ſunt Saſſaph. Bac. Junip. ā ℥ij. Herb. Abſint. Mij.

Bibatur ℔ſs. bis quotidiè cum leviori exercitio; ad Sanguinis pauperiem emendandam; & obſtructiones expediendas.

*Cerev. Chlorotica.*

℞ Guaiaci, Saſſaph. ā ℥ij. Rad. Rubiæ tinct. Apii. Ruſci. Zedoar. ā ℥iv. Herb. Artemiſ. Puleg. Cardiacæ ā Miv. Thymi, Dictamn. Cret. ā Mj. Matricar. Mij. Sem. Dauci ſylv. ℥iij. Gran. Parad. ℥j. Limat. Ferri (in nodulo ligat.) ℔j. f. Sacc. pro Cong. iv.

Languentem ſanguinis fermentationem de novo ſuſcitat: ſuccos crudos concoquit, pituitoſos incidit; obſtructiones aperit; Corpori bonum habitum, vividumq; colorem conciliat. Chloroſi affectæ uſurpent pro potu ordinario.

*Cerev. de Dauco.*

℞ Sem. Dauci ſylv. ℥vj. Paſſul. ℥xij. f. Sacc. pro Cong. iv.

Renes, & Ureteres emungit; Arenulas pellit; & Calculi generationem præcavet. Tanta vis Diuretica huic ineſt, ut quendam novi, qui multos annos hâc pro potu ordinario uſus, exindè quaſi Diabeticus eſt factus: Cùm verò ab eâ id propter abſtinuit, è morbo immunis redditus eſt; & adhucdùm (licet Octuagenario major) ſanus permanet.

### *Cerev. Diuretica.*

℞ Sem. Sinap. integri ℥iv. ponatur in lagenâ vitreâ cum Alæ ℔ij. poſt tres quatuorve dies depromatur ad uſum; & quotiès hauſtus expromatur; totiès lagena de novo Alâ iterùm repleatur; idq; eouſq; repetatur, donec Semen fuerit effœtum, & exhauſtum.

Potentiſſimè, & ultra fidem, Urinam movet. Convenit Hydropicis, Arenuloſis, Scorbuticis, Paralyticis.

### *Cerev. Epileptica.*

℞ Rad. Pœon. mar. recent. ℥iv. Sterc. Pavon. ℔ſs. Paſſul. ſol. ℥xij. f. Saccul. pro Cong. ij.

Specifica habetur adverſus Epilepſiam, & Vertiginem.

Stercoris Pavonis partes ſunt duæ diſtinctæ; una nempè fuſca & villoſa, quæ conſtat ex quiſquiliis aridis; fit ex comeſtorum reliquiis; planèq; inutilis eſt. Altera autèm alba, & æquabilis, quæ Sanguinis Recrementum eſt; & Sale volatili imprægnatur. Hæc ſola Medicamentoſa habetur.

### *Cerev. Hydropica.*

℞ Cinerum Geniſtæ cribrat. ℔ſs. Rad. Raph. ſylv. ℥iv. Irid. Florent. Calami arom. Enulæ ā ℥ij. Lig. Guajaci, Saſſaph. Bac. Junip. Sem. Dauci ſylv. ā ℥j. Sem. Sinap. ℥ij. præp. pro Cong. iv.

Concoctionem juvando; Lympham gelatinoſam

noſam eliquando; Obſtructiones amovendo; Urinamq; ciendo; Anaſarcâ laborantibus mirificè ſubvenit. In Aſcite verò; & ubi vaſa lymphatica ſunt diſrupta, plus damni, quàm levaminis allaturam fore autumo.

### *Cereviſ. Hyſterica:*

℞ Raſ. Lig. Buxi ℔ſs. Fol. Viſci arbor. conciſ. Miv. coq. in Cerev. nov. Cong. vj. add iv. col. ſuſp. Sacc. ſeq. ſc.

℞ Rad. Pœon. mar. recent. ℔ſs. Bryon. albæ ℥iv. Herb. Artemiſ. Meliſſæ ā Mvj. Puleg. Rutæ ā Mij. Sem. Dauci ſylv. Angel. (vel Paſtin. ſylv.) ā ℥ij. Raſ. Stanni (in nod. lig.) ℔ſs. præp. ſ. a.

Mulieri Vaporibus obnoxiæ propinetur ter in die: vel. inſerviat uſui ordinario.

### *Cerev. Icterica.*

℞ Raſ. Ebor. ℥j. Marrub. albi Miv. coq. in Cerev. nov. Cong. vj. ad iv. col. ſuſp. ſacc. ſeq.

℞ Rad. Oxylap. ℔ſs. Curcumæ, Rub. tinct. ā ℥ij. Urticæ ℥iv. Herb. Chelid. maj. Aparin. Fragariæ cum toto, Cort. Berber. ā Miv. Sterc. Ovilis (in nodulo) ℥iv. Millep. viv. pint. j. Limat. Chalyb. ℔j. præp. ut artis eſt.

Sanguinis pauperiem emendat; ſuccorum cruditatem corrigit; Hepatis obſtructiones expedit. Cachecticis, & Ictericis medetur.

### *Cerev. Juniperina.*

℞ Bac. Junip. contuſ. ℥iv. Paſſul. ſol. ℔ſs. pro Cong. iv.

Et palato, & ventriculo gratiſſimè arridet; Flatus diſcutit; Saburram Renum ejicit; Arenulas pellit; Lienoſis, & Calculoſis plurimum confert.

*Cerev. è Lignis.*

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. ā ℥ij. Sant. citr. & rub. Raſ. Ebor. CC. Rad. Sarſap. Chinæ ā ℥j. Glycyrrh. Sem. Aniſi, Bac. Junip. ā ℥ij. Paſſul. ℔ſs. Antim. (in fruſtula comminuti, & in nodulo ligati) ℔j. præp. pro Cong. iv.

Calefacit; exſiccat; crudos humores concoquit; craſſos attenuat; viſcidos incidit; lentos abſtergit; aquoſos diſcutit. Diaphoreſin concitat. Ritè convenit quibuſcunque affectibus Frigidis, Pituitoſis, Catarrhalibus; porrò & Tumoribus Seroſis, Oedematoſis; & Ulceribus humidis.

*Cerev. Pectoralis.*

℞ Rad. Chinæ ℥iv. Sarſapar. Symph. maj. Glycyrrh. ā ℥ij Irid. Florent. Enulæ ā ℥i. Raſ. Ebor. CC. Sant. citr. & rub. ā ℥ſs. Herb. Ling. Cerv. Rutæ murar. Hed. ter. Scabioſæ ā Miv. Sem. Aniſi ℥ij. Paſſul. ſol. ℔ſs. præp. pro Cong. iv. Addi poſſit Gallus ſemicoctus, & in fruſtula conciſus.

Sanguinis, & humorum acrimoniam attemperat; Lentorem incidit; Expectorationem facilitat; Pulmones corroborat. Valdè proficua eſt vel in Phthiſi ipsâ, ſi nondum fuerit confirmata.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0042-4 DFG

### *Cereviſ. Purgans.*

℞ Rad. Oxylap. ℥xij. Polypd. ℥iv. Raph. ſylv. ℥ij. Herb. Hed. terr. Naſturt. aq. Becabungæ, Cochl. hort. ā Mij. Lig. Saſſaph. Bac. Junip. Sem. Coriand. Glycyrrh. ā ℥j. Senæ ℥iv. Paſſul. ℔ſs. præp. pro Cong. iv.

Utiliter propinatur Scorbuticis, Cachecticis, humorum, & fæcum abundantiâ laborantibus. Verno tempore hauriatur mane ad ℔j. plus minùs, per unam alterámve hebdomadam.

Cereviſiæ Purgantes nil, vel parumpèr tantùm, alvum ſubducunt, ſi aceſcere incipiant, inquit Le mort.

### *Cerev. Purgans Antimonialis.*

℞ Rad. Oxylap. ℔ſs. Polypod. Enulæ ā ℥iv. Lig. Sant. citr. rub. Bac. Junip. ā ℥ij. Sem. Carui. ℥j. Herb. Scabioſæ Mviij. Hepat. Agrimon. ā Miv. Sennæ ℥iv. Rhab. ℥ſs. Agar. ℥j. Antimon. crudi (in fruſt. contuſ. & in nod. lig.) ℔j. diſpenſ. pro ſacculo ad Cong. iv. Cerev. quibus adjice Succi Fumar. ℔j.

Ad Pſoram, & Affectiones cutaneas.

### *Cerev. Purgans Hydropica.*

℞ Rad. Irid. noſtrat. ℥iv. Raph. ſylv. ℥ij. Enulæ, Scil. ā ℥j. Sem. Sinap. Bac. Junip. Lig. Saſſ. ā ℥ij. Cort. Winter. ℥ſs. Cort. inter. Sambuc. Ebuli ā ℥ij. Sennæ ℥iv. Rad. Helleb. nig. Jalap. Agar. ā ℥ſs. diſpenſ. pro Cong. iv.

Ingredientia (præter purgantia) continet tenuium partium, quæ obſtructiones reſerant, Urinamque pellunt. Hydropi adæquatè convenit, ab ℥viij. ad ℔j. ſingulis dieb. manè ſumpta.

*Cerev. Purg. pro Puerulis.*

℞ Rhab. tenuiter inciſi ʒij. Glycyrrh. ſem. Aniſi ā ℈ij. Paſſul. ſol. Enucl. Nº 30 vel 40 pon. in Lagenâ vitreâ cum Cerev. ℔ij.

Suaviter, & ſine ægritudine, operationem ſuam peragere ſolet; ventriculum & Inteſtina lubrica corroberat: Vermibus infenſa eſt. Doſ. ℥ij. plus minus.

*Cereviſ. ad Rachitidem.*

℞ Rad. Oſmundæ reg. (vel ejus defectu, Filic. mar) Glycyrrh. Lig. Saſſaph. ā ℥j. Cort. Fraxini, Cort. Hederæ arbor. ā ℥ſs. ſummit. Tamariſci, Herb. Ling. Cerv. ā Miv. Millep. viv. Nº 250 Paſſul. ſol. ℥iv. diſpenſ. pro Cong. j.

Specifica meritò audiat ad hunc affectum; ſit pro potu communi quotidiano.

Rhachitides veræ rariùs occurrunt, niſi annis, quibus Intermittentes Autumnales prædominium habent. Quod obſervatu dignum, inquit Sydenham.

*Cerev. Scorbutica attemperans.*

℞ Summit. Pini (vel Abietis) Miv. coq. in Cereviſ. nov. generoſiſſimæ Cong. v. ad iijſs. in doliol. repoſit. affunde ſucci Becab.

Na-

Naſturt. aq. Tarax. Aparines ā ℔j. fermenteſcant ſimul cum ſacculo ſeq. immiſſo.

℞ Rad. Oxylap. ℥iv. Sarſæ, Chinæ, Bac. Junip. ā ℥ij. Raſ. Sant. citr. & rub. CC. Eboris, Glycyrrh. Sem. Fœnic. dulc. ā ℥j. Herb. Ling. Cerv. Hepat. Agrimon. Hed. terr. ā Mij. Antimon. crudi ℔j. præp. ſ. a.

Sanguinem aduſtum, ac fervidum temperat; ſupra modum fermenteſcentem ſedat; Hypochondria valdè æſtuantia refrigerat; in iiſque ſanguinis, & vaporum ebullitiones immodicamq; ζύμωσιν cohibet. Singulari modo reſpicit Scorbutum calidum, & affectionem Hypochondriacam. Sit pro potu ordinario.

## *Cereviſ. Scorbutica calida.*

℞ Rad. Oxylap. ℔ſs Raph ſylv. ℥ij. Lig. Guaiaci ℥iv. Bac. Junip. Cort. Aurant. recent. ā ℥i. Cort. Winter. ſem. Sinap. Pip. longi, Caryoph. ā ʒij. Paſſul. ℥iv. Herb. Cochl. hort. Becab. Naſturt. aq. Aparin. ā Miv. ritè præp. pro Cong. iv.

Cruditatem Scorbuticam concoquit; concretiones ſalinas diſſolvit; fæculentias pituitoſas eluit; ſanguinis miſtionem reſtituit; ejuſque circuitum per vaſa corporis minima liberiorem reddit: temperamento frigidiori præditis maximè commodo eſt.

## *Cerev. Scorbutica extemporanea.*

℞ Cerev. mediocris ℔ij Spir. Cochl. ʒij. Bac. Junip. ʒj. ſem. Fœnic. dulc. Glycyrrh. ā ʒſs. Paſſul. ʒij. Reſerv. in lagenâ vitreâ. Addi poſſunt Raph. Sylv. ℈ij. Cort. Wint. ℈iiij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0045-2 DFG

Iiſdem pollet virtutibus ac prior; eſt quidem parabilior; ſed vix adeò efficax.

*Cerev. ad Schrophulas.*

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. Cort. Jugland. arbor. Rad. Lapathi acuti, Filipend. Cynogloſ. ā ℥ij. Herb. Geran. Robert. Lamii ā Miv. Paſſul. ſol. ℔j. Millep. viv. pint. j. præp. pro cong. iv.

Singulariter, & ſpecificè, reſpicit Scrophulas, Cancrum, & affectus cutaneos.

*Cerev. Splanchnica.*

℞ Guiaci, Saſſaph. ā ℥ij. coq. in aq. font. cong. j. ad ℔iv. col. infundatur in doliolum cum Cerev. nov. potentis Cong. iijſs. & immittatur Sacc. ſeq.

℞ Rad. Lapathi acuti ℥viij. Raph. Sylv. ℥iv. Cort. Fraxini ℥ij. Bac. Junip. ℥j. Sem. Dauci ſylv. Coriand. ā ℥ſs. Herb. Agrim. Hepaticæ. Ling. Cerv. ſummit. Tamariſci ā Miv. præp. pro Cong. iv.

Fæculentias atrabilarias in viſceribus ſtagnantes circulationi reddit: Splenis duritiem, & infarctus diſſipat; eximiè conducit Hypochondriacis, ſi pro potu ordinario diù aſſumatur.

*Cerev. Splenetica.*

℞ Cort. Tamariſc. ℥iiij. Cort. Cappar. Fraxini, Lig. Guaiaci, Saſſaph. ā ℥j. Herb. Agrim. Miiij. Abſint. Cuſcutæ ā Mij. incide, & coque in Alæ cong. vi. ad iiij. in quibus ſuſpen-

ſuſpende (in nodulo) Limat. Chalyb. ℔ſs. Antimon. crudi ℥iiij.

Hujus per fermentationem depuratæ doſis ſit ℥vj. vel ℔ſs. bis in die.

*Cibus albus.*

℞ Lact. ℔iiij. Thorac. Caponis cocti, Amygd. dulc. excort. ℥ij contunde, fortitèr exprime; tunc bulliant addendo farinæ Orizæ ℥iij. cum concreſcere incipiant, adde Sacch. alb ℥viij. Aq. Roſ. rub. cochl. x. bulliant lento igne.

Ad victum reficientem in Tabe, & Gonorrhæâ.

*Cucuphæ* ʒx.

℞ Rad. Pæon. mar. ſicc. ʒij. Angel. Hiſp. ʒj. Irid. Florent. Flor. Lavend. ā ʒſs. Fl. Stæch. Arab. ʒj. Garyoph. Nuc. Moſc. Mac. ā ℈j. Styr. calam. Labdani, Succini, Balſ. Tolu, ā ʒj. Ol. Roriſmar. gut. v. fiat pulvis craſſiuſculus, qui bombace exceptus, & panno ſericeo interſutus, formetur ut artis eſt, pro Cucuphâ ſuper caput geſtandâ.

Inſignis eſt utilitatis in affectibus Capitis, humidis, pituitoſis; in doloribus frigidis, diuturnis, Catarrhalibus. Spiritus recreare; & robur Capiti, Cerebroque conciliare creditur.

*Decoct. Acetoſæ* ℔ij.

℞ Rad. Acetoſæ, Paſſul. ſol. exacin. & conciſ. ā ℥ij. Rad. Glycyrrh. Hord. Perl. ā ℥ſs.

coq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0047-3

coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. col. adde Syr. Limon. ℥j. m.

Sit in Potum Febricitantium.

*Decoct. Agarici.*

℞ Agar. (conciſ. & nodulo lig.) ʒij. coq. in Aq. font. q. ſ. ad ℥iij. ſub finem addendo Garyoph. contuſ. ℈ſs. col. admiſce Scammon. præp. gr. iiij. Syr. Roſ. Sol. ℥j. ol. Aniſi gut. j. f. Potio.

Ubicunq; Phlegma tenax Viſcera oblinens ſit expurgandum, apprimè convenit; & ſpeciatim Chloroſi laborantibus (ante Chalybeatorum uſum) inſignitèr conduxiſſe ſæpiùs obſervavi.

*Decoct. Amaro Aromatici* ℔ij.

℞ Rad. Calami arom. Gent. ā ʒij. Galangæ ℈iiij. Herb. Centaur. min. Abſint. ſicc. Flor. Chamæm. Stæchad. ā ʒj. f. Decoct. in Aq. font. ℔iij. ad ij. ſub finem addendo Sem. Carui contuſ. ℥ſs. col.

Vires poſſidet Decocti Amari alterantis; ſed inſupèr potentiùs flatus diſcutit, & Ventriculum calefacit. Doſ. ℥iiij. bis in die.

*Decoct. Antiloimici* ℔ij.

℞ Rad. Scorzon. ℥ij. Zedoar. ℥ſs. Contray. Angel. Hiſpan. Raſ. CC. Eboris ā ʒij. Coccinel. integr. ℈iiij. Croci (ſub finem additi) ℈j. Coq. in Aq. Hord. depur. ℔ijſs. col. ℥xxiiij. adde Aq. Epidem. Theriacal. ā ℥ij. Syr. Garyoph.

ryoph. ℥iv. Succi Cherm. col. ℥ſs. fol. Aur. N° iiij. m.

Quando Febris Malignæ Venenum Spiritus Adoritur, ſtupefacit, & ferè exanimat; hujuſmodi generoſa Alexipharmaca tempeſtivè exhibita, novum Vigorem inſpirando; Copulamq; Deleteriam excutiendo, ſubindè ex Orci faucibus ægrum arripiant.

Cùm verò ex alterâ parte, Malignitas ſit agilis & feræ indolis (ut in Variolis, Morbillis, & Febribus quibuſcunq; malignæ proſapiæ Inflammatoriis) tunc Alexipharmaca, quæ Sanguinem in fervores, Spiritus in furores adigere poſſunt, pro Venenis omninò ſunt habenda.

## *Decoct. Aperientis* ℔ij.

℞ Rad. Petroſel. Fœnic. ã ℥j. Cort. Cappar. Tamariſci ã ℥ſs. Herb. Ceterach, Ling. Cerv. Agrimon. Hepaticæ ã Mj. Coq. in Aq. & Vini albi ã ℔iſs. ad ℥xxviij. col. diſſol. Syr. è 5 Rad. Oxym. ſimpl. ã ℥ij. m.

Iiſdem pollet virtutibus, ac Cereviſia Scorb. Attemper. quam vide; ſed potentiùs Diureſin ciet.

## *Decoct. Aſtringentis* ℔ij.

℞ Cort. Granat. contuſ. ℥j. coq. in Aq. ℔iij. ad medias, ſub finem adjiciendo Garyophyll. contuſ. Nuc. Moſc. ã ʒj. col. diſſolve Syr. è Roſis ſicc. ℥iij. Aq. Cinnam. fort. ℥iiij. Aq. Ment. ℥j. Theriacæ Ven. ʒij. m.

Ventriculum, & cætera Viſcera firmat. Multiplicis eſt uſûs in enormi, Symptomaticâ

câ Diarrhœâ, Dyſenteriâ, &c. Doſ. ℥iiij. bis in die.

*Decoct. Balſamici* ℔ij.

℞ Paſſul. ſol. exacinat. & conciſ. ℥ij. Rad. Sarſæ, Chinæ, Glycyrrh. ā ℥ſs. Raſ. Eboris, CC. ā ʒij. Summit. Hyper. Mj. coq. in Aq. Hord. ℔iiij. ad ℥xxx. ſub medium coctionis addendo Balſ. Tolu, ʒiij. col. diſſol. Syr. è Rubo Ideo ℥ij. Balſ. Peruv. gut. viij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

In Phthiſi utiliter propinatur. Ichoris enim acredinem corrigit; Bronchiorum infarctus expedit; Tubercula cruda diſſipat; & vaſorum rupturas reſarcit. Exhibeatur ad ℥iiij. bis, tervè in die.

*Decoct. Bardanæ* ℔ij.

℞ Rad. Bard. ℥iv. Herb. Chamæpit. Miiij. Coq. in Aq. font. ℔iij. col. ℥xxviij. adjice Aq. Lumbric. Magiſtr. ℥iv. Spir. Cochl. Elix. Propr. Tartariſ. ā ʒij. m.

Ad Arthritidem.

*Decoct. Berberum* ℔ij.

℞ Cort. Berber. Rad. Curc. ā ℥ſs. Herb. Chelid. maj. Miiij. Fimi Anſer. (in Nodulo) ℥ij. Aq. font. ℔ijſs. coq. ſub finem add. Vini albi ℔ſs. Croc. ℈j. col. ℔ij.

Ad Icterum. Doſ. ℥iiij. cum Syr. è 5 Rad. & Oxym. Scill. ā ʒiij. bis in die.

*Decoct. Cachecticum pro 4 diſibus.*

℞ Rad. Polypod. ℥ij. Cort. Fraxini, Tamarind. ã ℥ſs. Paſſul. ℥j. Crem. Tart. ʒij. Coq. In Aq. font. ℥xx. col. ℥xij. adde Vini albi ℥iv. Succi Limon. ℥ſs. Sennæ ℥j. Rhab. Agar. (in nodulo) ã ℥ſs. f. Infuſio calida, & clauſa 12 horas. Col. adde Mannæ, Syr. Cichor. cum Rhab. ã ℥ij. Ol. Aniſi gut. ij. Sp. Cochl. Elix. Prop. ã ℈iiij. m.

*Decoct. ad Cancrum.* ℔iiij.

℞ Rad. Scroph. maj. Tapſi Barb. ã ℥ij. Filipend. Herb. Ceterach, Roberti, Agrimon. Tormentil. Scabioſæ, Linar. ã Mj. Flor. Samb. Anthûs ã p. j. Sem. Urticæ ʒij. f. Decoct. in Aq. ℔vj. ad ℔iiiiſs. col. adde Syr. de Pomis Alterant. & de ſucco Citri ã ℥iiij. m.

Propin. hauſt. tèr in die.

*Decoct. Cannabini* ℔iiij.

℞ Sem. Cannab. contuſ. ℥iij. Herb. Agrimon. Burſæ paſt. Plantag. Centinod. ã Miſs. Coq. in Aq. ℔vj. ad iiij. col. edulc. Sacchari ℥iiij. vel Syr. è Roſ. ſicc.

Doſ. ℔ſs. bis in die, ad Mictum in Lecto involuntarium.

*Decoct. Catarrhalis* ℔ij.

℞ Raſ. Sant. citr. & rub. ã ʒij. Guaiacî, Saſſph. ã ℥ſs. Glycyrrh. ℥iſs. Paſſul. fol. ℥j. coq. in Aq. Hord. depur. ℔iij. ſub finem

coctionis adde Succi Cynogloſ. ℥iiij. coq. ad ℔ij. & col.

Doſ. ℥iiij. tèr in die.

*Decoct. Catechu* ℔ij.

℞ Raſ. Guaiaci, Saſſaph. ā ʒiij. Sant. citr. & rub. ā ʒij. Terræ Japonicæ pul. ℥ſs. Glycyrrh. ℥j. Salv. ſicc. Mj. coq. in Aq. Hord. ℔iij. ad ℥xxx. col. diſſol. Diacodii ℥ij. Ol. Aniſi gut. j. m.

In Catarrho tenui, præ aliis ferè quibuſlibet præſidiis, opem contuliſſe frequenter animadverti. Doſ. ℥iiij. tèr in die.

*Decoct. Cephalici* ℔ij.

℞ Guaiaci, Saſſaph. ā ʒij. Rad. Pæon. mar. ℥j. Herb. Salv. ſicc. Majoranæ, Beton. Fl. Stæchad. Arab. ā Mſs. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℥xxviij. col. adjice Aq. Pæon. comp. Syr. Pæon. Com. ā ℥ij. Tinct. Caſtr. ʒij. Ol. Roriſmar. Nuc. Moſc. ā gut. ij. Sacch. alb. ℥j. m.

Aptè præſcribitur ad affectus Capitis, & Nervorum, frigidos, Catarrhoſos, ad Apoplexiam, Epilepſiam, Torporem, Paralyſin, *&c.* ad ℥iiij. bis in die.

*Decoct. Chamæpiteos* ℔ij.

℞ Chamæpit. Mij. Flor. Stæch. Arab. ʒij. Rad. Pæon. mar. ℥j. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. col. adde Spir. Cochl. & Spir Lavend. Comp. ā ʒj. m.

Su-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0052-0

Sumantur ℥iiij. cum Spir. Sal. Armon. gut. xx. tèr in die ad Arthritidem.

*Decoct. Clyſteriſantis* ℔j.

℞ Herb. Malvæ Mij. Viol. Senecion. ã Mj. Fl. Chamæm. Sem. Lini, ã ʒij. Sem. Fœnic. dulc. ℥ſs. f. Decoct. in Aq. ℔jſs. ad ℔j. col.

Parum differt à Decocto communi; ſed quia Beta, Parietaria & Mercurialis non adeò ubivis creſcunt, & recentes præſto ſunt, hoc faciliùs, & citiùs parabile deſcribere, operæ pretium fore duxi.

*Decoct. Coccinei* ℔ij.

℞ Nitri ℥j. Sacch. albi ℥iiij. Coccinel. gr. xvj. f. pulv. qui conjiciatur in Aq. fontanæ bullientis ℔ij. coq. ad deſpum. & per ſubſidentiam depuretur.

Splendidiſſimè rubens pulcherrimè blanditur oculis; nec Palato valdè eſt iniquum; inter omnes enim, quos (variè tentando) invenire adhuc mihi licuerit, hunc facilè jucundiſſimum eſſe modum exhibendi Salem prunellæ didici. Sanguinis fervorem compeſcit; Sitim ſedat; Urinam ciet, Febribus Inflammatoriis, & ſpeciatim Pleuritidi convenit. Arenulas expellit. Exhiberi poſſint ℥iiij. bis térve in die.

*Decoct. Corallinæ* ℔j.

℞ Mercurii vivi ℥ij. Herb. Dictamn. Cret. ʒij. Corallinæ pul. ℥ſs. Coq. in Aq. Portul.

℔jſs. ad ℥xiv. coletur, ſeparetur à Mercurio, atque edulcoretur Syr. Limon. ℥ij.

Detur pueris ad ℥ij. bis in die, per 4 dies ante Novilunium, & Plenilunium; atque deſin purgentur.

*Decoct. Cynogloſſi* ℔ij.

℞ Herb. Cynogloſ. Mij. Glycyrrh. ℥ſs. Paſſul. ſol. ℥ij. coq. in Aq. font. ℔ijſs. ad ℥xxx. Sub finem addendo Sem. Aniſi ℥ſs. col. adde Diacod. ℥ij. m.

Ad Tuſſim, Tracheæ aſperitatem, omnesque Thoracis, & Spiritalium partium affectus, a fluxionibus acribus ortum ducentes, accommodatum hoc eſt remedium. Doſ. ℥iiij. bis térve in die.

*Decoct. Depurantis* ℔ij.

℞ Rad. Gram. Ruſci, Fœnic. Petroſel. ā ℥j. Herb. Aparin. Tarax. ā Mj. Uvar. Corinth. conciſ. ℥ij. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℥xxviij. col. diſſol. Sal. Prunel. ʒij. Syr. è v. Rad. ℥iv. m.

Sanguinem egregiè depurat. Urinam potenter movet: admodùm conducit poſt Febres, quæ retorridam ſanguini craſin intulerunt. Proficuum eſt Scorbuticis temperamento calidiori præditis. Sabulo & Muco Renes, & Veſicam liberat. Doſ. ℥vj. bis in die.

*Decoct. Diuretici* ℔ij.

℞ Rad. Fœnic. Aſparagi ā ℥ij. Fruct. Alkek. N° xvj. Herb. Virgæ aur. Mij. coq. in Aq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0054-2

Aq. & Vini albi ã ℥xx. ad ℥xxij. col. adde Aq. Raph. Comp. ℥ij Succi depur. Petroſel. Syr. Alth. ã ℥iiij. Millep. viv. contuſ. & expreſſ. N° 300. Sal. Prunel. ʒij. m.

Serum, & recrementa ſalina à ſanguine copioſè ſecernit: Renes, Ureteres, & Veſicam efficaciter abluit. Doſ. ab ℥iiij. ad ℔ſs.

## *Decoct. Edulcorantis* ℔vj.

℞ Rad. Sarſap. Chinæ ã ℥iij. Raſ. Lig. Sant. citr. & rub. C C. Eboris ã ʒvj. Infunde ſ. a & coq. in Aq. font. ℔xij. ad ℔vj. col. Edulc. Sacch. ad libitum.

Dicitur ſeri Lymphatici acorem corrigere; quantitatem ejus nimiam minuere; Diaphoreſin (ſine calore impreſſo) leniter promovere; uſui eſſe inſigni in Phthiſi incipiente; Doloribus vagis, Affectibus Catarrhoſis, Ulceribùs, morbiſque cutaneis.

## *Decoct. Emmenagogi* ℔ij.

℞ Rad. Apii, ℥ij. Calami Arom. Bac. Lauri ã ʒij. Zedoar. Cubeb. ã ʒiſs. Mac. ℈ij Rad. Galangæ, Gran. Parad. ã ℈ſs. Dictamn. Cret. Puleg. ã Mj. coq. in Aq. font. ℔ij. & Vini albi ℔j. ad ℥xxviij. col. adde Tinct. Croci (Aq. Theriac. extractæ) ℥j. Syr. de Stæchade ℥iij. m.

Sanguinis maſſam novo orgaſmo commovet; illumque vividiùs ad Arterias Uterinas impellit; Vaſorum extremitates aperit. Prægreſſâ Catharſi debitâ, & inſtante tempore menſtruo, ſumat patiens ℥iiij. ad ℔ſs. bis in die, probè ſe exercendo; & frigus cavendo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0055-7

*Decoct. Equiſeti* ℔vj.

℞ Equiſeti Mvj. Cydon. inciſ. N° iij Sumach. Bac. Myrti ā ℥iſs. Roſ. rub. ſicc. Miſs. Balauſt. ʒiij. coq. in Aq. font. ℔ix. ad ℔vſs. ſub finem addendo Gum. Tragac. ʒvj. col. adde Mel. Roſ. Syr. è Roſ. ſicc. ā ℥iij. Syr. Myrt. ℥iſs. m.

Propinetur hauſtus tèr in die ad Ulcera Veſicæ.

*Decoct. Expectorantis* ℔ij.

℞ Rad. Irid. Florent. ℥ij. Agar. (in nodulo lig.) ℈iiij. Herb. Nicotianæ ſicc. ℈ij. Hysſopi, Thymi ā Mj. coq. in Aq. ℥xxxvj. ad ℥xxviij. col diſſol. Oxym. ſimpl. ℥iiij. m.

Hujus decocti ingredientia tenuibus, acribuſque gaudent partibus; ideoque (ſanguinis commeatu) in ductus Tracheales penetrant; ibique materiæ lentæ impingentes, eam adeò dividunt, attenuant, atque exagitant, ut fibris exindè irritatis, & inter tuſſiendum ſucceſſivè contractis, Tracheæ, & Veſicularum ejus, contenta, ſurſum ejiciant. Remedium eſt planè præpotens; & propinari ſolet calidè inſtar Coffee, bis ad minimum in die.

*Decoct. Febrifugi Amari* ℔ij.

℞ Flor. Chamæm. ℥ij. Coccinel. gr. xvj. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. col. diſſol. Sal. Abſint. ʒij. m.

Specificum meritò audiat, & ſoli Cortici Pe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0056-3

Peruviano cedens remedium. Imperare ſoleo ad ℥iiij. tertiis horis, abſente Paroxyſmo.

*Decoct. Febrifugi Magiſtralis* ℔ij.

℞ Cort. Peruv. pul. ℥ij. coq. in Aq. ℔ij. ad ℥xiv. col. & magmati reſiduo affunde de novo Aq. ℔ij. coq. iterum ad ℥xiv. ſub medium coctionis add. Balſ. Tolu ʒiij. coccinel. ℈j. col. & utriſque colaturis commiſtis adde Syr. Garyoph. ℥iiij. ol. Nuc. Moſch. gut. ij. m.

Ad Corticis vires debitè extrahendas, mirè longa, conſummataq; requiritur Coctio. Cum olim experimenti causâ ejuſdum pulverem ſæpiùs decoxiſſem; non eouſq; exhaurire valui, quin vel octavum decoctum maniſeſtè adhùc amaricaret. Quo meliùs ergò ex hoc, & ejuſmodi obſtinatis, Virtus eliciatur, conſultiſſimum erit in pulverem (non craſſum, ſed) ſubtiliſſimum redacta pertinacitèr urgere, & repetitis vicibus percoquere.

Quoties adeò ſunt delicatuli moroſive patientes, ut vel nequeant, vel nolint Corticem in ſubſtantiâ craſſiori admittere; hoc Decoctum in ſubſidium mihi venire ſolet. Doſ. ℥iiij. tertiis horis (à paroxyſmo vacuis) donec fugatur Febris.

*Decoct. Febrifugi Salſi* ℔ij.

℞ Sal. Abſint. ℈viij. Sacch. albi ℥iiij. Aq. font. ℔ij. coq. ad deſpum.

Efficaciam hujus ſæpiſſimè agnovi; atque præſcribere ſoleo potiſſimùm, quandò Febris Cortici non obediat; jamque in continuarum

claſſem ſe recipere minetur. Capiantur ℥ij. alternis horis.

*Decoct. Fracaſtorii* ℥xij.

℞ Diaſcord. ʒvj. Aq. Lact. Alexit. ℥x. coq. ad ℥viij. col. adde Aq. Ment. ℥ſs. Aq. Cinnam. fort. ℥ij. Syr. de Mecon. ℥iſs. m. pro 3 doſ.

Huic virtus ineſt planè divina contra Diarrhœam: namq, ægritudines, angores, tormina Ventriculi, Inteſtinorumque furias potenter (ſi quid aliud) ſopit, & ſiſtit. Egregiæ ſpeciatim utilitatis eſt in Febribus Diarrhœâ ſymptomaticâ ſtipatis.

*Decoct. Hyſterici* ℔j.

℞ Raſ. Lig. Buxi, Rad. Bryon. albæ ā ℥ſs. Rad. Pæon. mar. Valerianæ ſylv. ā ℥j. Flor. Stæchad. Arab. ʒij. Myrrhæ contuſ. ʒj. coq. in Aq. font. ℔iſs. ſub finem addendo Succi Rutæ ℥j. col. ℥xiv. adde Aq. Bryon. Comp. ℥ij. Tinct. Caſtor. ʒij. Ol. Succini gut. xxxij. Sacch. albi ℥j. m.

Doſ. cochl. v.

*Decoct. Icterici* ℔ij.

℞ Rad. Curcumæ Rub. Tinct. ā ℥j. Herb. Chelid. maj cum toto Mij. coq. in Aq. & Vin. Rhen. ā ℔iſs. ad ℥xxviij. col. adde Tinct. Croci (Aq. Ther. paratæ) ℥j. Syr. è 5 Rad. ℥iij. m.

Sanguinis maſſam velut fermento novo (ſed miti) inſpirat. Glandulas Hepaticas luſtrat; meatus bilarios ſpecificè deobſtruit. Prægreſſâ,

ſâ, debitâ catharſi, ebibantur ℥iiij. bis in die, donec affectus diſparuerit.

*Decoct. Incraſſantis* ℔ij.

℞ Gum. Arab. craſſè pulv. ℥iij. coq. in Aq. font. ℔ij ad ℥xxviij adde Syr. Alth. ℥iiij. m.

Acerrimam, nimiùmque tenuem lympham temperat, & incraſſat. Euporiſton meritò eſt cenſendum in Ardore Urinæ. Uſui eſſe poteſt in Tuſſi acri; item Diabete. ℥iiij. præſcribere ſoleo bis vel ter in die.

*Decoct. Corticis Juglandis* ℔ij.

℞ Cort. inter. Rad. Jugland. ℥iſs. contuſ. macera tepidè horas viij. in Aceto Sambucino, & exſicca. ℞ Cortices ità præparatos, Cort. Cappar. ℥ſs. Summit. Tamariſci Herb. Agrimon. ā Mij. coq. in Aq. & Vini albi ā ℔iſs. ad ℔ij. col.

Omninò Splanchnicum eſt, & iiſdem pollet virtutibus ac Decoctum Splanchnicum (quod infra vide) niſi quod forte Splenis affectibus peculiariter magis medetur. Hûjuſmodi enim medicamenta unam aliquam partem, præ cæteris, virtute quâdam ſpecificâ reſpicere deprehenduntur: quia eorum particulæ recrementis intra Viſcus illud ſecernendis magis affines, & proinde aſſociatæ unà cum ipſis illuc feruntur.

*Decoct. Juglandum Purgans.*

℞ Cort. Jugland. (ut ſuprà præp.) ℥ſs. Agar. (in nodulo) ʒj. Garyoph. gr. xv. Sal. Tart.

Tart. ʒſs. coq. in Aq. font. ℥x. col. ℥iiij. adde Elix. Prop. Tartariſati gut. 60. Scammon. præp. gr. ij. Ol. Aniſi, Junip. ā gut. j. m. f. Potio.

Hypochondriacis (ubi purgandum eſt) convenit.

*Decoct. Juniperini* ℔ij.

℞ Bac. Junip. (probè contuſ. & in ſacculo incluſ.) ℥iv. coq. in Vini Canar. ℔iij. ad ℔ij. col.

Stomachicum eſt, Carminativum, Anticolicum, Spleneticum, Diureticum; ſumantur ℥ij. ad ℥iij. vel ℥iv. bis térve in die.

*Decoctum Liberans.*

℞ Rad. Sarſap. ℥vj. Uvar. Corinth. conciſ. ℥viij. infuſa ſ. à coq. in Aq. ℔xij. ad ℔vj. in col. extingue Calc. vivæ ℔ſs. poſt ſubſidentiam reſerv. in Lagenis vitreis.

In affectibus Catarrhoſis, Strumis, Diabete, Ulceribus humidis. Dentur ℥iij. tèr in die.

*Decoct. è Lignis* ℔vj.

℞ Guaiaci ℥iv. Saſſaph. ℥ij. Sant. citr. & rub. ā ℥j. Ebor. CC. ā ʒſs. Infunde, & coque ſ. a. in aq. font. ℔xij. ad ℔vj. col. edulc. Sacch. q. ſ.

Exſiccat, Attenuat, Sudorem movet. Accommodatum eſt Catarrhoſis, Arthriticis, Paralyticis, Hydropicis, Leucophlegmaticis, Ulceratis & temperamento frigidiori præditis. Doſ. ℥iv. bis quotidié.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0060-4
DFG

*Decoct. Luſitanici* ℔ij.

℞ Aq. font. ℥xxvj. Succi Limon. Sacch. albi ā ℥ij. Coccinel. ℈j. coq. ad deſpumationem, tandem adde Aq. Roſar. Dam. ℥iv. per ſubſidentiam depuretur.

Potus eſt viſui elegantiſſimus, guſtui gratiſſimus, febricitantibus deſideratiſſimus: calorem, & fervorem Ventriculi, & ſanguinis cohibet: Sitim tollit; urinam movet. Propinetur ad libitum.

*Decoct. Malvæ Magiſtralis* ℔ij.

℞ Herb. Malvæ integræ Mviij. coq. in Aq. ℔viij. ad ℔vj. liquori colato (ſed non expreſſo) inde de novo Malvæ integræ Miiij. coq. iterum ad ℔iv. col. per ſubſidentiam depuratæ adde Rad. Alth. ℥iv. Glycyrrh. Paſſul. ſol. ā ℥j. Gum. Arab. ℥ſs. Lap. Prunel. ʒij. coq. ad ℥xxx. & col. diſſol. Syr. Alth. ℥ij. m.

Conſtat, ex lenibus, mollibus, mucoſis partibus; ideoque humorum acredinem obtundit: Serum nimis tenue incraſſat. Sanguinis fervorem refrigerat. Habitum corporis juſtò aridiorem humectat; Alvum lenit; Urinæ ardorem obtundit; Diureſin movet; & calculoſis egregiè prodeſt.

*Decoct. Millefolii* ℔ij.

℞ Herb. Millef. Mij. Lamij flore albo, Cynogl. ā Mj. Raſ. Sant. rub. ℥ſs. coq. in Aq. ℔iiſs. ad ℔ij. ſub finem addendo Terræ Japon. ʒij. Mac. contuſ. ʒj. col.

Propin. ℥iij. unà cum Alb. Ovi j. & Sacch. q. ſ. veſp. & manè ad Fluorem album.

*Decoct. ad Morſum Canis rabidi* ℔iiij.

℞ Lig. Buxi, Sem. Pœon. mar. ā ℥j. Herb. Salv. Scorodon. Beton. Sanic. Angel. Morſ. Diab. Solani lign. ā Mj. coq. in Aq. ℔v. ad iiij. Propin. ℥iiij. cum Ther. Ven. ʒſs. ter in die.

*Decoct. Nephritici* ℔ij.

℞ Rad. Alth. ℥iſs. Glycyrrh. ℥ſs. Herb. Virgæ aur. Mij. Alth. Parietar. ā Mj. Fic. N° iiij. Bac. Junip. Sem. Petroſ. Macedon. Bardanæ Mill. Sol. (ſub med. coctionis addit) ā ʒj. coq. in Liqu. Poſſet. (Vino albo alterati) ℔iij. ad ℥xxviij. col. edulc. Syr. Alth. ℥iiij. m.

*Decoct. Pacifici* ℔ij.

℞ Capit. Papav. albi (ſine ſemine) ℥j. conciſ. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℥xxviij. ſub finem addendo Flor. Paralyſ. ſicc. ʒij. col. diſſol. Diaſcord. ʒij. Syr. de Mecon. ℥iij. Syr. Limon. ℥j. m.

Temperatum eſt; & ſomnum accerſit. Doſ. ℥iij. vel ℥iv.

*Decoct. Paſſulati* ℔ij.

℞ Paſſul. ſol. enucleat. & minutim conciſ. ℥iv. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. & col.

Potus eſt ſat gratus. Morbis Pectoris, & Lienis benè inſervit. Sitim ſedat. Si commiſceatur anaticâ quantitate cum Aquâ Calcis,

cis, remedium erit inſigniter efficax contra affectus Catarrhales.

*Decoct. Pectoralis* ℔ij.

℞ Hord. perl. Paſſul. ſol. ā ℥j. Fic. Dactyl. ā N° viij. Glycyrrh. ℥ſs. Sem. Aniſi (ſub finem additi) ʒij fiat Decoct. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. col.

Lentâ, molli, blandâque dulcedine dotatur; exindè partim ſanguinem (in fluorem diſpoſitum) incraſſando, acremque corrigendo; partim phlegma Pulmonibus impactum maturando; partimque ramulos Bronchiales, Tracheæque latera demulcendo, humectando, & lubricando, egregiè Tuſſi opitulatur. Porro in Pleuritide, Rheumatiſmo, Variolis, & Nephritide, cum fructu laudabili uſurpatur. Doſ. ab ℥iij. ad ℥vj. bis térve in die.

*Decoct. Phthiſici* ℔j.

℞ Flor. Bellidis maj. Mj. Limac. mundat. N° iij. Rad. Eryngii cond. ℥ſs. Hord. perl. ʒiij. coq. in Aq. font. ℔iſs. ad ℔j. col.

Particulas ſanguinis ſalinas, efferaſquè compeſcit, & demulcet, ne per corporis canales impetuoſiùs delatæ, Pulmonum, partiumque ſolidarum ſubſtantiam prædentur, aut abripiant. Inſuper Nutrimentum præbet molle, & innocuum, quale ſanguini (jam quoad craſin fracto) nullas faceſſit moleſtias. Locum habet in Phthiſi, Febre Hecticâ, & Sudoribus nocturnis. Sumat æger ab ℥iv. ad ℥viij. calidè, addendo Lactis tantundem, manè, & Veſperi, loco Jentaculi, & Cœnæ.

De-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0063-2

### *Decoct. Pleuriticum.*

℞ Decoc. Pect. ℔ij. Succi Fimi Equ. ℥ij. ol. Aniſi gut. viij. Sacch. albi ℥j. m.

Doſ. ℥iiij. quartis horis, cum Spir. Sal. Armon. gut. xv.

### *Decoct. Pſorici* ℔ij.

℞ Herb. Fumar. Jacobææ ā Mj. Glycyrrh. ℥j. Argenti vivi ℥iv. coq. in Aq. font. ℔ijſs. ad ℔ij. coletur. & (ſepoſito Argento vivo) edulcoretur Sacch. ad libitum.

Ad omnes affectus Cutaneos, dentur ℥iv. mane, & ſerò.

### *Decoct. Purgans commune.*

℞ Sennæ ʒiij. Crem. Tart. ʒj. coq. in Aq. ℥viij. ad ℥iij. col. diſſol. Mannæ ℥ſs. Syr. è Cich. cum Rhab. ʒvj. Ol. Aniſi gut. j. m. pro potione matutinâ. Addi poſſint, pro re natâ, Scammonii p. gr. ij. vel iv.

### *Decoct. Raparum* ℔ij.

℞ Rad. Rapar. inciſ. ℔ij. Herb. Cynogl. Tuſſilag. ā Mj. Paſſul. ſol. ℥j. Glycyrrh. ℥ſs. coq. in Aq. Hord. ℔iv. ad medias, ſub finem addendo Sem. Coriand. contuſ. ℥ſs. col. diſſol. Sacch. candi alb. ℥ij. m.

Pectorale eſt: temperat; maturat; incraſſat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0064-7 DFG

*Decoct. Sacri* ℔j.

℞ Rad. Serp. Virgin. contuſ. ʒvi. coq. in Aq. font. ℔j. ad ℔ſs. col. & magmati reſiduo affunde de novo Aquæ ℔j. rurſùm coque (ſub medium coctionis addendo Coccinellæ ℈ſs.) ad ℔ſs. col. iterùm; utraſque colaturas miſce; iiſquè diſſolve calidè & clauſè Theriacæ Ven. ℥ſs, Mellis ℥j. col.

Exoptatiſſimum hic ſiſto Alexipharmacum, nullique ſecundum. Cruorem enim, & ſuccos in vaſis, & viſceribus fluentes, velut novo fermento inſpirat; eoſdem leniter movendo. & in æquabili mixtione ſervando, à coagulatione, & putredine vindicat; Veneni particulas agglomerari cœptas, blandâ agitatione, ab invicem diſſipat, & à maturatione impedit: deindeque ſanguinem, & ſpiritus occupando, eos adeò erigit, & firmat, ut vel á characteris venenoſi impreſſionibus omninò tueatur; vel ſi Miaſma actu jam Cruorem affecerit, ab amplexibus illud potenter abripiat, & per Diaphoreſin foras amandet. Nobiliſſimum inſuper eſt Stomachicum, Hyſtericum, & Anthelminthicum. In Febribus continuis, & mali maris exhibeo ad cochl. ij. vel iij. tertiis horis. Aliquos tamèn obſervavi, quibus ventrem ſolverit.

*Decoct. Sancti* ℔ij.

℞ Ligni Sancti ℥j. coq. in Aq. font. ℔iv. ad ℔ij. ſub medium coctionis addendo Paſſul. ſol. ℥j. Succi Glycyrrh. Hiſp. ʒij. col. Aliquando addo Terræ Japan. ʒij.

Sim-

Simplex eſt ; facilè, & vili paratur : æquè verò (ſi non magis) efficax exiſtit, ac illa quæ pompoſo quidem apparatu, numeroſâque rerum farragine cumulari (quid ni & impediri) paſſim aſſolent. Iiſdem pollet viribus ac Decoct. Lign. quod vide.

*Decoct. Sarſæ* ℔ij.

℞ Sarſæ præp. ℥iij. Paſſul. ſol. ℥iſs. Infunde ſ. a. & coq. in Aq. font. ℔iv. ad ℔ij. col. diſſol. Succi Glyc. Hiſp. ʒij. m.

Ideò hoc dedi, quià totus Medicorum grex uno ore prædicit, quin & quotidiè præſcribit, ad acres humores edulcorandos ; doloreſq; vagos profligandos. Temperatum quidèm eſt (ſi omninò dicendum) remedium.

Quod me verò (ſi liberè liceat eloqui) ſæpius notavi Sarſam & Chinam Stomachi vigorem obtudiſſe ; nunquàm autèm in praxi meâ, obſervare adhùc potui multum emolumenti cuipiam ex earum uſu acceſſiſſe. Forſan ipſe infidelis & impatiens non ſàt perſeverantèr uſurpavi. Præſcribi ſolet ad ℔ſs. bis vel tèr in die.

*Decoct. Scelotyrbici* ℔ij.

℞ Summit. Pini (vel Abiet.) conciſ. Miiij. Cort. Winter. contuſ. ℥ſs. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℥xx. affundendo (ſub finem coctionis) Succi Tarax. ℥iv. col. frigidæ adde Spir. Cochl. ℥ſs. Aq. Raph. Comp. Syr. Bac. Samb. ã ℥iv. m.

Hiemali tempore, quando Herbæ ſunt plerumq; exſuccæ, & effætæ ; hoc poteſt concinnari remedium, iiſq; opportunè ſubſtitui.

San-

Sanguinem, & ſuccos attenuat, depurat, vegetiùs actuat; Salis & Sulphuris concretiones diſſolvit; obſtructiones reſerat; & fæculentias foràs per Diaphoreſin, aut Diureſin amandat. Appropriatur Scorbuticis. Doſ. ℥iv. bis quotidiè.

*Decoct. Scorzoneræ* ℔ij.

℞ Hord. perl. ℥ſs. Rad. Scorzon. ℥ij. Aceſæ ℥j. Herb Luiulæ Mj. Cort. ij Pomor. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℥xxviij col. edulcoretur Syr. Limon. & è Rubo Ideo ā ℥ij m.

Jucundus eſt potus, ſitim explens; incendium febrile reprimens; Malignitatem compeſcens, & per Urinam expellens. Uſurpatur commodè in Febribus continuis pro potu ordinario.

*Decoct. ad Scrophulas* ℔ij.

℞ Herb. Marrub. albi, Geran. Rob. Apii, Agrimon. ā Mj. Sem. Anethi ℥ſs. Coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. col.

Interiores corporis receſſus ingreditur; Glandulas peculiariter luſtrat; craſi, & fermento depravatas emendat: ſuccos, & fæces inibi ſtabulantes attenuat; tandemquè exterminat. Sumantur ℥iv. bis in die per menſem; ſingulisque doſibus exprimantur Millepedes N° 40.

*Decoct. Siſtentis* ℔ij.

℞ Pul. Boli Armen. ℥j. Cretæ albæ ℥iij. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℥xxvj. col. per ſubſid.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0067-5

ſid. depur. adde Dirſcord. ℥ſs. Aq. Cinam Syr. Cydon. & è Roſ. ſicc. ā ℥ij. ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Ad Diarrhæam reprimendam dentur ℥iiij. quotiès Indicatio requiſiverit.

*Decoct. Splanchnici* ℔ij.

℞ Rad. Curcumæ contuſ. ℥j. Rhab. Spicæ Nardi ā ʒj Sem. Fraxini ℥ſs. Herb. Agrimon. Ceterach. ā Mj. Summit. Tamariſci Mij. coq. in Aq. ℔iiij. ad ℥xxiv. col. adde Aq. Lumbric. Magiſt. Syr. de 5 Rad. ā ℥iv. Sp. Cochl. ʒij. Elix. Prop. Tartariſ. ʒj. m.

Sanguinem, ejuſquè partes conſtitutivas in Efferveſcentiam quandam incitat, adeoque comminuit, dividit, & huc illuc rapidiùs adigit, ut coagulationibus, & concretionibus quibuſque inhibitis, fæculentiæ, & impuritates omnes facilè abſcedant; inque propriis Emunctoriis depoſitæ, foràs convehantur. Ita effluvia vaporoſa in Habitum Corporis: Recrementa Seroſa in Renes: Bilioſa in Hepar; aliaque in alia Emiſſaria quibuſque adaptata, ſine impedimento, aut adhæſione, ſecludantur. Doſ. ℥iv. bis in die.

*Decoct. Splenetici* ℔ij.

℞ Cort. Cappar. Fraxini ā ℥ij. Summit. Tamariſci, Herb Agrim. ā Mij. Sal Tart. ʒij. coq. in Aq. font. ℔ijſs. ſub finem addendo Vini albi ℔ſs. Spicæ Nardi ʒij. col. ℥xxvj. adde Aq. Lumbric Magiſt. ℥iiij. Aq. Raph. comp. ℥ij. Spir. Cochl. ʒij. Elix. Propr. Tartariſ. ℈iiij. m.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0068-0 DFG

*Decoct. Styptici* ℔ij.

℞ Rad. Urticæ, Conſolidæ maj. ā ℥iſs. Herb. Millefol. Plantag. ā Mj. Cort. Granat. Gum. Arab. ā ʒij. Sem. Papav. albi, Hyoſcyami ā ʒiij. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℥xxviij. col. adde Syr. è Roſis ſic. ℥iv. Sacch. Saturni ℈j. Croci Martis aſtring. ℈iv. m.

Sanguinem acrem contemperat; tenuem incraſſat; bullientem refrigerat: Vaſorum tonum roborat; Fibras corrugat; & oſcula obſignat. Locum habet in quibuſcunque Hæmorrhagiis. Exhibeantur ℥iv. bis in die.

*Decoct. Tamarindorum* ℔ij.

℞ Tamarind. ℥ij. Paſſul. ſol. ℥iv. coq. in Aq. puræ ℔iij. ad ℔ij. col.

Incendium ſanguinis refrænat. Sitim inexplebilem relevat. Humectat; Laxat. ritè ſumitur in Febribus, obſtinatâ alvo, ſiti & Habitûs ariditate moleſtantibus, pro potu ordinario.

*Decoct. Tartariſati* ℔ij.

℞ Raſ. Ebor. ℥ſs. Rad. & Fol. Fragar. Miiij. Tartari albi ℥ſs. Sal. Tart. ʒij. coq. in Aq. font ℔ij. col. ℔iſs. adde Aq. Ment. Lumbric. Mag. ā ℥ij. Aq. Mirab. ℥iiij. Sacch. albi ℥ij. m.

Sumantur ℥vj. ter in die ad Icterum.

*Decoct. Tolutani* ℔ij.

℞ Raſ. Guaiaci ℥j. Tacamah. Balſ. Tolut. ā ℥ſs: coq. in Aq. Hord. ℔iij. ad ℔ij. quando friget coletur, & adde Sacch. albi ʒij. Balſ. Peruv. gut. xvj. ol. Cinam. Nuc. Moſch. ā gut. ij. m.

Quoad vires, incidit cum Decocto Balſamico, ſed aliquantò calidius eſt.

*Decoct. Traumatici* ℔ij.

℞ Rad. Bardanæ ℥iij. Rub. Tinct. ʒvj. Rhab. ʒij. Herb. Dictam. Cret. Hyper. Sanic. Bugulæ ā Mj. coq. in Aq. ℔ij & Vini albi (ſub finem additi) ℔j. ad. ℥xxviij. col. diſſol. Theriacæ Ven. ʒij. Mellis ℥iij. Oxym. ſimpl. ℥j. m.

Concretiones cruoris ubi ubi extravaſatas diſſolvit, & circulationi denuo reddit: Recrementa per Urinam & Sudorem educit; nec tamen interim fervorem accendit. Partes læſas roborat, conglutinat, ſanat. Doſ. ℔ſs. bis in die.

*Decoct. Trifolii* ℔ij.

℞ Herb. ſicc. Trifol. fibrini, Chamæpit. ā ℥ſs. Solani lignoſi Mj. Bac. Lauri. Flor. Stæchad. Arab. ā ʒij. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. ſub finem addendo Succi Rutæ ℥j. col.

Trifolium fibrinum herba eſt Amara, utilis quidèm, & minimè contemnenda; ſed verò à Simone Paulli (in Quadr. Botan.) me judice, ſupra meritum & modum prædicatur.

Hujus decocti eſt, ut Scorbuticis, Arthriticis,

ticis, & (propter genus nervoſum labefactatum) dolentibus, opem promittat.

*Decoct. Varioloſi* ℔ij.

℞ Rad. Scorzon. ℥iſs. Glycyrrh. ℥ſs. Fic. N° viij. Paſſul. ſol. exacinat. ℥j. Raſ. CC. ʒij. Coccinel. (integ. ſub finem add.) ℈iiij. Coq. in Aq. Hord. ℔iij. ad ℥xxx. col. adde Syr. Garyoph. Limon. ā ℥j m.

Scorzoneram præſcribimus, quià irreſiſtibilis Medicorum Mos ita vult. Cùm verò nec Odore, nec Sapore ſe nobis commendat & vires valdè obſcuras, ſi omninò ullas edit: Reſpublica Medica (ut opinor) non grave damnum ſuſtineret, ſi ab Officinis in poſterum penitùs ablegaretur.

*Electuarii contra Abortum* ℥iiij.

℞ Conſer. Roſ. rub. Cydon. Nuc. Moſc. cond. Succi Chermes, Syr Cydon. Syr è Corall. ā ℥ſs. Spec. de Hyacint. ʒiij. Aromat. Roſ. Croci Mart. aſtring. ā ʒij. Sacch. Saturni ʒi. ol. Nuc. Moſc. gut iv. m.

Stomachum corroborat; Flatus diſcutit; Spiritus reficit; Uteri Ligamenta & tonum firmat; Fœtum egregiè conſolatur. Danda erit ʒſs. bis in die.

*Electuarii Acidi* ℥iiij.

℞ Conſ. Lujulæ ℥iſs. Roſ. rub. Fruc. Cynogl. ā ℥j. Syr. Viol. ℥ſs. Ol. Vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem m.

Vide Julapium Refrigerans, cujus vires æmulatur.

## 1. *Elect. Analeptici* ℥vj.

℞ Pul. Confect. Chocolatæ, Amygd. dulc. excort. Sacch. alb. Butyri dulc. inſulſi ã ℥ſs. Pulp. Conſer. Roſ. rub. ℥iſs. Succi Chermes ℥ſs. Opobalſami ℈ij. Syr. Balſam. ℥ij. vel q. ſ. m.

## 2. *Elect. Analeptici* ℥iiij.

℞ Pul. Confect. Chocolatæ ℥ij. Succi. Cherm. ℥ſs. Ambr. griſ. (Sacchari tantillo tritæ) gr. viij. Ol. Cinnam. gut. j. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Syr. Balſam. ℥ij. vel q. ſ. m.

Sumatur ℥ſs. manè & quartâ pomerid. ſuperbibaturq; Lac Aſininum.

Nutrit, & roborat; corpus extenuatum reſarcit. vires exolutas inſtaurat; Tabidis, Conſumptis ſuccurrit.

## *Elect. Apophlegmatici* ℥iſs.

℞ Pul. Herb. Beton. ʒvj Rad. Pyreth. ʒij. Ol. Garyoph. gut. iv. Mellis q. ſ. m.

Partes oris irritando, & vellicando, humores aquoſos, pituitoſoſque elicit. Locum habet in Columellæ, & Amygdalarum tumore & inflammatione; Anginâ; Dentalgiâ; Capitis gravedine; Cephalalgiâ inveteratâ; Affectibus ſoporoſis; Epilepſiâ; Paralyſi (præſertim Linguæ) & quibuſcunque Capitis, & Nervorum morbis frigidis, viſcidiſquè. Ad hos uſus maſticetur, & volutetur in ore, manè jejuno ſto-

ſtomacho, idque per ſemihoram, capite prono, expuendo ſæpiùs; os deinde Aquâ tepidâ abluendo: Poterit etiam repeti duabus horis ante cœnam.

*Elect. Aſtringentis* ℥iiij.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ij. Diaſcord. ʒſs. Pul. Boli ʒij. Sang. Drac. ʒiſs. Fl. Balauſt. ʒſs. Ol. Nuc. Moſc. & Cinnam. ā gut. ij. Syr. è Roſis ſicc. ℥j. m.

Ventriculum & Inteſtina confortat; Viſcerum tonum reſtituit; inſanum motum Periſtalticum cohibet; Acorem concentrat; Tormina conſopit. Omnibus numeris abſolutum eſt remedium (ubi Aſtrictio indicatur) ad Diarrhœam reprimendam. Obſervandum verò, Appetitu, & Concoctione ſalvis, vix unquam nocere Diarrhœam. Doſ. ℥ſs.

*Elect. Balſamici* ℥iiij.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ij. Butyri recentis inſulſi ℥j. Vitel. Ovi ℥ſs. Balſ. Tolut. ℈iv. Opobalſ. ℈ij. m.

Phlegma viſcidum, & craſſum Bronchia obſidens diſſolvit; meatuſquè omnes glabros, & facilè meabiles reddit: Pulmonum veſiculas ultra tonum tumidas & tenſas (atque exindè læſas) litu Balſamico reſtituit, & ſanat; Ideoque Tuſſi ſiccâ, & Phthiſi laborantes, ſummâ cum utilitate eo utuntur. Doſ. ʒij. ſæpiùs in die, præſertim urgente Tuſſi.

*Elect. Boyleani* ℥iiij.

℞ Sem. Papav. albi, Hyoſcyami albi pul. ā ℥ſs. Syr. Papav. errat. Conſ. Roſ. rub. ā ℥iſs. m.

Sanguinem refrigerat; ſerum tenue incraſſat, acre contemperat; Vaſculorum ora occludit; Fibrillarum irritationes, & ſpaſmos conſopit. Nob. Boyle mirè laudat ad Hæmoptoen. Doſ. qu. Jugland. bis in die, poſt Phlebotomiam, & lenem Catharſin ritè celebratas.

*Elect. Camphorati* ℥iiij.

℞ Conſ. Rutæ ℥iij. Ther. Ven. ℥j. Camph. gr. viij. Ol. Succini gut. xvj. m.

Spiritus animales nimis efferos, & exilire paratos reprimit, ac in ordinem cogit; quin & copulam heterogeneam iis excutit, & non rarò profligat; ideoque Hyſtericis apprimè opitulatur. Doſ qu. Caſtaneæ tèr in die cum Julapio Hyſterico.

*Elect. Cardiaci calidi* ℥iiij.

℞ Conſ. flor. Tunicæ, Conſ. flaved. Limon. ā ℥j. Cort. Citri cond. Zinzib. cond. Elect. è Saſſaph. Succi Chermes ā ℥ſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Ol. Cinnam. Garyoph. ā gut. j. m.

In Ventriculum primariò, & propriè operatur; illum enim (vi Aromaticâ, calidâque) confortat, atque exindè ſpiritibus ovationem quandam inducens, Cor Languidum reficit, vireſque exſolutas reſarcit. Ideoque (quod obi-

obiter notem) omnia vera Stomachica in Cardiacorum familiam, non injuriâ, accenſeri merentur. Sumatur ℥ſs. tèr in die.

*Elect. Card. temperati* ℥iiij.

℞ Conſ. flor. Tunicæ ℥iij. Conſ. Berber. Succi Chermes ā ℥ſs. Margarit. præp. ℈iv. m.

Aptè præſcribitur Febricitantibus de Languore & Ægritudine querentibus; dum enim Fermentationem (tùm in Sanguine, tùm in Stomacho ex parte deficientem) blandiſſimè reſtaurat; Spiritus animales vividius commovet, nec tamen interim Calorem accendit. Dentur ʒij. ſextis horis cum Julapio idoneo.

*Elect. Carminantis* ℥iiij.

℞ Pul. Virgæ aureæ, Verbenæ, Satureiæ, Majoranæ, Thymi, Sem. Aniſi ā ʒj. Colophon. ʒvj. Mithrid. ℥ſs. Mellis deſpum. ℥ij. vel. q. ſ. m.

Humores tùm crudos, tùm acres corrigit; Ventriculum calefacit; Diureſin promovet: contra Lateris & Stomachi dolorem flatuoſum egregium eſt experimentum. Doſ. à ʒij. ad ℥ſs. bis in die.

*Elect. Cephalici* ℥iiij.

℞ Pul. Rad. Pæon. mar. ℥ſs. Cran. hum. Cinnab. Antimon. ā ʒij Nuc. Moſc. cond. ʒj. Syr. Pæon. Comp. ℥ij. vel q. ſ. Ol. Roriſmar. Salv. ā gut. iv. m.

Cerebrum refocillat & firmat; Spiritus depurat, & figit: Convulſionibus, Epilepſiæ,

Vertigini, & Cephalalgiæ idiopathicæ benè convenit. Doſ. à ʒj. ad ℥ſs. manè, & horâ ſomni, præſertim circa Lunationum tempora.

*Elect. de Colophoniâ* ℥iiij.

℞ Conſ. flor. Lamii albi ℥iſs. Diaſcord Zinzib. cond. Pul. Colophon. ā ℥ſs. Ol. Cinnam. gut. iv. Syr. è Roſ. ſicc. q. ſ. m.

Conſtringit; Corroborat; Edulcorat; Mundificat; Siccat; Sanat; præter alios ejus uſus, Fluori albo perquam ſpecificè dicatur: Si verò affectus fuerit jam inveteratus, vix curabilem illum eſſe autumo. Præmiſſis præmittendis, ʒiij. aſſumantur bis quotidiè per longum tempus.

*Elect. Cretacei* ℥iiij.

℞ Cretæ albæ præp. Conſ. Abſint. Rom. ā ℥j. Ol. Abſint. Chym. gut. j. Ol. Ment. gut. ij. Syr Cydon. q. ſ. m.

Inter præſtantiſſima Stomachica locum habere meretur. Calefacit; Confortat; Acidum corrigit. Valet contra Cardialgiam, Ventriculi dolorem, Rugitum, Nauſeam, Vomitum, Inappetentiam, Diarrhœam. Dentur ʒiij. bis in die, vacuo Ventriculo.

*Elect. de Curcumâ* ℥iiij.

℞ Conſerv. Herb. Chelidon. maj. ℥j. Pul. Rad. Curcumæ ℥ſs. Troch. Viper. ʒiij. Rhab. Croci ā ʒſs. Syr. de Fumar. q. ſ. m.

Ζύμωσιν ſanguinis vacillantem de novo inſtaurat; Salis volatilis depreſſi reſtitutionem pro-

promovet; bilis in Hepate aggeſtæ, & ſtagnantis motum ſtimulat; Ictero feliciter medetur. Doſ. qu. Juglandis bis in die.

*Elect. Diaſulphuris* ℥ij.

℞ Conſ. Roſar. rub. ℥ij. Balſ. Sulphuris. Terebinthinati ʒj m.

Putredini reſiſtit; mundificat; conſolidat; exſiccat; roborat; acidum temperat: Uſurpatur ad Catarrhum pectoralem, Tuſſim, & Phthiſin incipientem. Doſ. ʒij. tér in die.

*Elect. Expectorantis* ℥iiij.

℞ Conſ. Anthûs ℥i. Zinzib. cond. Pul. Millep. ā ℥ſs. Flor. Sulph. ʒij. Fl. Benzo. Pul. Croci, Nicotianæ ā ℈j. Rad. Irid. Florent. ʒj. Mellis ℥jſs. vel q. ſ. m.

Pituitam frigidam Concoquit; Phlegma viſcoſum incidit; ductus bronchiales aperit; Pulmones irritat; Tuſſim provocat: & potentiſſimè expectorat. Doſ. ʒij. vel ʒiij. ter in die.

*Elect. Hyſtericum.*

℞ Conſerv. Atripl. Olidæ ℥iiij. Ol. Succini gut. 48. m. Doſ. qu. Caſtan.

*Elect. Laxantis* ℥iij.

℞ Pul. Sennæ. Crem. Tart. ā ℈iv. Pulp. Prunor. Damaſc. ℥ij. Syr. Roſ. ſol. q. ſ. m.

Guſtui gratum hoc remedium leniter, ſine faſtidio aut torminibus, alvum lubricat, &

ſubducit. Inſervire poteſt pro 4 doſibus veſpertinis, ſine regimine aſſumendis.

### *Elect. Lucatelli* ℥iiij.

℞ Conſer. Roſ. rub. ℥ij. Conſ. fruct. Cynosb. ℥j. Balſ. Lucatel. ℥ſs. Spec. Diatrag. frig. ʒj. Syr. Balſam. ʒiij. m.

Incraſſat, reſtringit, ſanat; Prodeſt contra Raucedinem; Tuſſim; Hæmoptöen; quaſcunque ſanguinis effuſiones internas; atque vel Phthiſin ipſam, ſi nondum fuerit confirmata. Exhibeatur qu. Fabæ minoris tèr in die.

### *Elect. de Malvâ* ℥iiij.

℞ Conſer. flor. Malvæ (vel potiùs Alceæ) Butyri recentis inſulſi ā ℥ij. Nuc. Moſc. Pul. ℈iv. m.

Lentore gaudet & Oleoſitate; ideoquè ad Tuſſim ſiccam; Tracheæ aſperitatem; omneſque Thoracis, & Spiritalium partium affectus, à fluxionibus acribus ortum habentes commodum eſt remedium. Inſuper eo fine dari poteſt, ut Urinæ acor demulceatur, & (Ureteribus quaſi inunctis) facilis fiat ſabuli, & lapillorum deſcenſus. Doſ. ℥ſs. bis in die, longè à paſtu.

### *Elect. Maſtichin.* ℥iiij.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ij. Pulp. Paſſul. ſol. ℥j. Pulv. Maſtiches ʒiſs. Nuc. Moſc. ʒſs. Syr. de Mecon. q. ſ. m.

Gulæ, & Laryngis partes ſuperiores lentore quo-

quodam. Emplaſtico obducit; atque ita ſenſum earum (exquiſitè irritabilem) aliquomodò obtundit: Et ſeri (nimis tenuis acriſquè) extillationem prohibet. Confert ad Tuſſim humidam, veſperi præſertim moleſtè importunam. Capiatur qu. Nuc. Moſch quotieſcunque Tuſſis redierit; in ore diſſolvatur; ſenſimquè deglutiatur.

## *Elect. Martis* ℥ix.

℞ Conſ. Abſint. Rom. Cochl. hort. ā ℥iij. Zinzib. cond. ℥iſs. Rubig. Chalyb. (in ſubtilem pollinem redactæ) ʒvj ol. Caryoph. Ol. Saſſaph. ā gut. vj. Syr. è 5 Rad. ℥j. m.

Sanguinem depauperatum exaltat; Habitumq; obſtructum reſerat. Convenit in Chloroſi, Menſium ſuppreſſione; Scorbuto; Ictero; Hydrope; & quâcunque demùm Cachexiâ. Doſ. ʒiij. manè, & 4 pomerid. quotidiè per Menſem integrum, vel ſeſquimenſem.

De Chalybeatis mos obtinuit, ut dentur manè, & quartâ pomeridianâ; atq; ad eorum operationem promovendam, injungatur Exercitium. Omnia verò non omnibus æq; conveniunt. Aliquos enim obſervavi quibus hoc modo exhibita tumultus in Ventriculo, Ructus, & Ægritudines concitarent: Horumq; remedium erat, ut Patiens veſperi ſumeret, ſtatimq; lecto, & quieti ſe traderet; ità nil conturbationis, nil moleſtiæ exindè perciperet, ſed optimè ferret. Hoc ante me notavit etiam Claudinus (de Ingreſſ. 401.) dùm ſcribit quòd Multi decembentes in Lecto uſu Chalybis ſanati fuerunt; ut propterea non ſit neceſſe ſemper aſſumptâ ſubſtantiâ Chalybis (quemadmodùm

dùm communis eſt ſententia) corpus exercere.

*Elect. de Myrrhâ* ℥iij.

℞ Pul. Myrrh. ℥ſs. Olib. ʒj. Croci ʒſs. Vitel. Ovi j. in Mortario commiſtis adde Pul. Sacch. candi albi ℥ſs. Pulp. Paſſul. ſol. per ſetaceum trajectæ ℥j. Syr. Balſ. ℥ſs. vel q. ſ. m.

Iiſdem dotatur Virtutibus ac Lohoch. Myrrhiſatum quod vide.

*Elect. Nephritici* ℥v.

℞ Pul. Sem. Sophiæ Chirurgorum; Mellis deſpumat. Butyri rec. ſine ſale ā ℥j. Syr. Dialth. q. ſ. Nuc. Moſc. Pul. ʒj. m.

Optimè & prœcavet, & mitigat dolores Colicos paroxyſmo Nephritico ſupervenire ſolitos. Ad Præcautionem, aſſumatur ℥ſs. manè, & ſerò per triduum ante Novilunium, & Plenilunium; ſuperbibaturquè hauſtulus Vini albi. Ad mitigationem, capiat æger eandem doſin cum primùm ſigna aliqua Paroxyſmi prænuncia ſenſerit; & repetat quartis horis per ſex vices, ſuperbibendo ℥iv, Decocti Malvæ Magiſtralis.

*Elect. Pectoralis* ℥v.

℞ Troch. Bechic. nig. pul. Mellis deſpum. Conſ. Roſ. Rub. Butyri ſine ſale ā ℥j Syr Jujub. q. ſ. Ol. Nuc. Moſc. gut. iv. m.

Elegans eſt remedium ad Tuſſim moleſtam, ā Defluxione tenui & acri oriundam. Detur è cuſ-

è cuſpide Cultelli, quoties Tuſſiendi nixus urſerit, & ſenſim deglutiatur.

*Elect. Peruviani* ℥iiij.

℞ Cort. Peruv. pul. ℥j. Terræ Japon. ʒj. Balſ. Peruv. ʒſs. Ol. Nuciſtæ gut. ij. Syr. è Rubo Idæo ℥iij. m.

Aliquando (cum non metueretur Diarrhœa) Terram Japonicam omiſimus; & Butyri non ſaliti ℥ſs addidimus: ità enìm longe faciliùs deglutiebatur.

Specificè valet contra quaſcunque vel Intermittentes, vel Remittentes Febres; atque inſervire poteſt pro 8 doſibus, tertiâ quâque horâ exhibendis. Sin verò Diarrhœam concitaverit, veſpertinis & matutinis doſibus, addi debent Laudani liq. gut. xv. vel xx.

*Elect. de Pæoniâ* ℥iiij.

℞ Conſ. flor. Pæon. ℥j. Pul. Rad. Pæon. ʒvj. Sem. Pæon. excort. ʒij. Balſ. Peruv. ℈iiij. Syr. Pæon. ℥iij. m.

Valet contra Epilepſiam & id genus Morbos.

*Elect. Poterii* ℥iiij.

℞ Antihect. Poterii ℥ſs. Pùl. Haly recentis ℥iſs. Syr. Jujub. q. ſ. m.

Sanguinis & Succorum Acores, & Aſperitates quaſvis exoticas, & corruptivas deſtruit; atque indolem Balſamicam, Mollem, & Oleoſam inducit. In Febri Hecticâ nulli cedit medicamento. Sumi poteſt ad ʒij. vel ʒiij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0081-1

bis in die ſuperbibendo hauſtum Lactis Aſinini.

*Elect. Purgantis* ℥ij.

℞ Pul. Rad. Jalap. ʒij. Rhab. ʒj. Scammon. (cum Sulph. præp) ℈j. Crem. Tart. ℈ij. Ol. Aniſi. Garyoph. ā gut. ij. Elect. Lenit. ℥j. Syr. Roſ. ſol. ℥ſs. vel q. ſ. m.

Doſ. à ʒij. ad ℥ſs. vel ʒvj. manè cum regimine.

*Elect. Quadrati* ℥ij.

℞ Pul. fol. Roriſm. ℥ſs. Syr. de Stæchade ℥iſs. Balſ. Peruv. gut. xij. Ol. Nuc. Moſc. & Roriſm. ā gut. ij. m.

Frigidis Capitis, & Pectoris affectibus deſtinatur.

*Elect. Regii* ℥iiij.

℞ Conſ. flor. Garyoph. ℥ij. Conſ. Fr Cynosb. Mivæ Rubi Idæi, Rob Ribium, Succi. chermes ā ℥ſs. Ambræ griſ. (primò Sacch. candi gr. xvj. & poſtea ol. Vitrioli gut. iiij. optimè tritæ) gr. iiii. m. f. Elect. cui adde Ol. Vitrioli q. ſ. per cribrum trajiciatur.

*Elect. de Rhabarbaro* ℥ij.

℞ Conſ Roſ. rub. ʒv. Diaſcord. ℥ſs. Pul. Rhab. ʒij. Ol. Nuc. Moſc. Cinnam. ā gut. ij. Laud. liqu. gut. 80. Syr. Cydon. ℥ſs. m.

Inteſtinorum cruciatus ſedat; materiam mor-

morbificam leniter expurgat; & Diarrhœam ſiſtit. Doſ. ʒiij. vel ℥ſs. veſperi.

### *Elect. Sanantis* ℥iiij.

℞ Sperm. Ceti ʒj. Ceræ citr. ʒiij. Ol. Amygd. dulc. ℥j. liquentur ſimul, amota ab igne agitentur uſq; dum ferè rifrixerint, & conſiſtentiam acquiſiverint: deindè miſce in Mortario cum Conſ. Roſ. rub. ℥iſs. Mellis ℥j. f. Elect. ſ. a.

Admodùm proficuum eſt contra Tuſſim acrem; oris & primarum viarum Eroſiones, Aphthas, Dyſenteriam, *&c.* Doſ. ʒij. vel ʒiij. quater in die.

### *Elect. de Satyrio* ℥iiij.

℞ Rad. Sàtyrii cond. ℥ij. Eryngii cond. ℥j. Nuc. Moſc. cond. ℥ſs. Succi Chermes, Spir. Hormini ā ʒij. Pip. longi pulv. gr. xvj. m.

Aphrodiſiacum eſt; nec non Conſumptos, & Emaciatos ſingulariter reficit. Doſ. ʒij. vel ʒiij. manè & veſp. cum hauſtulo Vini Malvatici.

### *Elect. Scorbutici calidi* ℥viij.

℞ Herb. Coch. hort. ℥iij. Uvar. Corinth. Sacch. albi ā ℥iſs. Pul. Ari. Comp. ʒvj. Cort. Winter. ʒij. Ol. Saſſaph. gut. iv. Syr. Samb. ℥j. vel q. ſ. m.

Sale volatili pungitivo abundat; ideoquè Sal fixum & acetoſum volatiliſat; Sanguinem & ſuccos Dyſcraſiâ Scorbuticâ inquinatos emendat; Coagulationes diſſolvit; Obſtructiones

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0083-3 DFG

nes diſſipat; & fæculentias per Sudorem aut Urinam expellit; valet contra Scorbutum rancidum; Icterum, Hydropem; Paralyſin. Sumatur ℥ſs. bis in die per Menſem.

*Elect. Scorbutici temperati* ℥viij.

℞ Conſervæ Lujulæ ℥iv. Conſ. fruct Cynosb. ℥j. Pul Coral. rub. ʒſs. Pul. Eboris, C C. ā ʒij. Syr. è quinque Rad. ℥ij. m.

Scorbuticis conſtitutione calidiori præditis opportunum eſt. Ventriculi fermentum reſtituit; ejuſque & aliorum Viſcerum, Chyloſi inſervientium, functiones juvat; ſanguinem, & ſuccos aduſtos temperat, & depurat; Obſtructiones expedit; & Diureſin concitat. Doſ. ℥ſs. bis in dies.

*Elect. de Sinapi* ℥iiij.

℞ Sem. Sinap. pulv. ʒſs. Conſ. Rutæ ℥ij. Syr. de Stæchade ℥iſs Ol. Roriſmar. Lavend. ā gut. iv. m.

Nervos obſtructos luſtrat; & ſpiritus impeditos in motum ſtimulat. Uſui eſſe poteſt in Scorbuto frigido, Hydrope; ſed præcipuè deſtinatur contra morbos Soporoſos, & Paralyſin. Doſ. ʒij. tèr die.

*Elect. Splanchnici* ℥vj.

℞ Conſ. Abſint. Pont. Cochl. hort. ā ℥ij. Rad. Enulæ cond. ℥ſs. Pul. Ari. Comp. ʒiij. Piper. longi, Sal. Abſint. ā ʒſs. Syr. de Fumar. ℥j. m.

Vires habet Decocti Splanchnici, niſi quôd ca-

calidius eſt. Doſ. ʒij. vel ʒiij. bis in die.

*Elect. Stomachici* ℥vj.

℞ Conſ. Roſ. rub. Abſint. Rom. ā ℥iſs. Conſ. Menthæ, Flaved. Aurant. Zinzib. cond. Ther. Ven. ā ℥ſs. Pul. Macropiperis gr. xxiv. Ol. Cinnam. gut. iv. ol. Garyoph. gut. ij. Syr. Cydon. q. ſ. m.

Quando animus eſt ut Electuaria, aut Pulveres diutiùs in Ventriculo morentur, præſtat ut ſine vehiculo ſumantur; nec quid liquoris quo diluantur, per horam, ſuperbibatur. Atq; id propter è re eſſet, ut mollis ſint Conſiſtentiæ, & ſaporis grati, quò faciliùs deglutiantur.

Ventriculi frigiditatem, cruditatem, & laxitatem corrigit; Flatus diſcutit; Appetitum inſtaurat: Coctionem juvat; Vomituritionem tollit. Sumatur qu. Juglandis horâ unâ ante Paſtum; vel ſtatim à paſtu.

*Elect. Styptici* ℥iiij.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iij. Croc. Mart. aſtring. ʒiij. Sacch. Saturni ʒj. Syr. Cydon. (vel è Roſ. ſicc. ℥ſs. m.

Menſium fluxum immoderatum, internaſq; Hæmorrhagias ſiſtit.

*Elect. Terebinthinatum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iv. Ol. Terebint. gut. Octoginta. m.

Utiliſſimum eſt ad Tuſſim à Pituita craſsâ Pulmonibus impactâ ortam; ad purulentas

exulcerationes, ubi non datur Febris Hectica; nec non ad Renes detergendos; & Urinam ciendam. Doſ. ʒij. vel ʒiij. bis quotidiè.

### 1. *Elect. è Zedoariâ* ℥iiij.

℞ Pul. Rad. Zedoar. ℥j. Balſ. Peruv. ʒii. Syr. Pæon. ℥iij. m. f. Elect.

Ad Colicam.

### 2. *Elect. de Zedoariâ* ℥iiij.

℞. Conſer. Majoranæ ʒvj. Balſ. Peruv. ʒij. Pip. longi Pul. gr. xvj. Pul. Rad. Zedoar. ℥j. Diacodii ℥ij. m.

Auxilio eſt in Colicâ, & exhiberi poteſt (poſt Purgationem) in ipſo Paroxyſmo; ſed præcipuus ejus uſus eſt ad Præcautionem Colicæ Hyſtericæ habitualis; ubi Ventriculus, & Inteſtina ſunt frigida, laxa, & imbecilla. Doſ. ʒij. bis in die, longè à paſtu.

### *Elect. è Zinzibere* ℥iiij.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iij. Zinz. cond. ℥j. Ol. Cinnam. gut. iv. Ol. Garyoph. gut. ij. m.

Ad Ventriculum, & Cor confortandum; Coctionem juvandam; Nauſeam tollendam; Vomitum ſedandum; Flatus diſſipandum; Nativum calorem ſuſtentandum. Doſ. qu. Nuciſtæ bis in die, horâ j. ante Prandium, & Cœnam.

*Elixir*

## Elixir Stomachicum.

℞ Elix. Propriet. Tartariſati ℥iij. Ol. Garyoph. Nuc. Moſch. ā gut. vj. Ol. Ment. gut. iij. Abſint. gut. j. m.

Doſ. gut. xv. vel xx. ex hauſtu Vini Xeroenſis mane.

## Emplaſtrum Anginoſum.

℞ Empl. Diach. ſimpl. ℥iij. Ol. Abſint. ſtill. gut. xviij. m.

Applicetur Gulæ, adeò ut utramque aurem pertingat.

## Emplaſtr. Anodyni ℥v.

℞ Empl. de Minio ℥iv. Ol. Lil. ℥ſs. Terebinth. Ven. ʒij. Opii. Camph. Sacch. Saturni ā ℈ij f. Empl. ſ. a.

Refrigerat, & mirabiliter dolores, cruciatuſq; (etiam Nephriticos ipſos) placat.

## Empl. Apoplectici ℥iſs.

℞ Gum. Galb. Opopan. Pul. Rad. Pyreth. Sem. Sinap. Piperis longi, Caſtorei ā ʒiſs. Terebinth. Ven. ʒiij. vel q. ſ. Ol. Succini ℈j. f. Empl.

In morbis Sporoſis & Paralyſi, Capiti raſo adhibeatur.

## Empl. Arthritici ℥viiſs.

℞ Gum. Elemi, Colophon. Pic. Burgund. ā ℥ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0087-6 DFG

ā ℥ij. Pulv. Minii, Maſtich. Olib. Boli ā ʒij. Petrol. Ol. Spicæ, Ol. Aniſi ā ʒiſs. f. Empl.

Humores acres rodentes obtundit; viſcidos obſtruentes attenuat, & per Diaphoreſin foras evocat. Porro fibrillarum ſpaſmum, & Tenſionem dolorificam blandè relaxat; atque interim Nervos, Articuloſque mirum quantum conſolatur & roborat.

### *Empl. Balſamici* ℥iiij.

℞ Empl. Diapalm ℥ij. Terebint. Cypr. Ceræ citr. ā ℥ſs. liquatis adde Ol. Nuc. Moſch. chym. gut. xvj. Balſ. Tolut. pulv. ℥j. m. f. Empl. ſ. a.

Ad Lumborum debilitatem, dolorem, & Fluorem album, Dorſo adhibeatur: quòd ſi pruritum valdè moleſtum excitaverit, aliquandò ſeponatur per dies aliquot, & poſteà rursùm applicetur.

### *Empl. Cephalici* ʒxj.

℞ Empl. de Betonicâ ℥ſs. Gum. Caran. Tacamah. ā ʒiij. Pul. Balſ. Tolut. ℈ij. Balſ. Peruv. (vel. Capiv.) ℈j. f. Empl.

Caput calefacit, & roborat; Convenire creditur in Cephalalgia; Vertigine; Incubo; Epilepſiâ, Paralyſi; & Surditate. atq; ad præcavendos affectus Convulſivos, & Soporoſos præſcribi ſolet.

### *Empl. Dorſale.*

℞ Empl. ad Hern. Diapalm. ā q. ſ. f. Empl.

Ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0088-2

Ad Lumborum dolorem, debilitatem, & Fluorem album.

In Gonorrhæâ, & Fluore albo, Medicamenta Lumbis applicantur, non quòd Renes illic ſitum habent; ſed quià Arteriæ quæ Sanguinem Pudendis adducunt, hoc in loco, ſc. ex Aorta exeunt. Etiàm & propter ejuſdem partis Muſculos, & Ligamenta laxata.

### *Empl. Epiſpaſtici* ℥xiij.

℞ Pic. Burgund. ℥viij. Terebint. Ven. Cantharid ſubtil. pulv. ā ℥iiſs. m. f. Empl.

Inter tam multa, quæ paſſim proſtant, ad hunc uſum Emplaſtra, hoc facilè primas obtinet, infallibiliter enim (x. vel xij. horarum ſpatio) Veſiculas excitat; atque ſi artificiosè detrahatur, cuticulam adhærentem integrè ſecum abripit.

In Pituitoſis, Senioribus, ac frigidioris temperamenti hominibus, Emplaſtra Epiſpaſtica circa primum Febris inſultum (affectuum Capitis præſervationis causâ) applicari poſſint: Atq; in quibuſvis Torpore, Vertigine, aut Cephalalgia immani laborantibus (propter eorundem Affectuum curationem) adhiberi ſolent.

In conſtitutionibus verò impensè calidis, ubi cum Seri defectu, Sanguis aduritur nimiùm: Atq; in Febribus Æſtu ſicco intolerabili, Vigiliis, & Phreneſi affligentibus Epiſpaſtica minùs ex uſu eſſe videntur.

### *Empl. Febrifugum.*

Super alutam (ſtylo acuto punctam) aſpergatur Thus pulv. dein cum ſpatulâ calenti liquefiat: ſuper hoc extendatur Terebinthina. Super Umbilicum geſtetur, donec inveteraſcat, atque ex ſe decidat.

### *Empl. Gravidarum* ℥iiij.

℞ Empl. ad Hern. ℥i. Cerati Santal. Ung. Comitiſſæ ã ʒiij. Ol. Myrtil. ʒiiiſs. Ceræ ℥ſs. liquefactis adde Pul Sang. Drac. Maſtiches, Boli, Rad. Biſtortæ, Gallarum ã ʒſs Succini, Coral. rub. Nuc. Moſch. ã ℈ij. tandem adjice Terebint Cypr. q. ſ. f. Maſſa.

Lumborum regioni applicetur, & continuò geſtetur, ad Abortum præcavendum.

Bolus, Corallium, Gypſum. & ejuſmodi in Emplaſtris non conducunt quatenùs ſunt Aſtringentia propriè dicta, namq; externè tantùm tangunt; & vires intùs immittere nequeunt. Sed quià conſiſtentiam compactiorem (quaſi Intritum magis adhæſivum, & tenaciorem) conſtituunt. Emplaſtra enim Aſtringentia (me Judice) tantummodò fortitèr adhærendo, Cutim comprimendo; Fibrarum faſciculos (inſtar Faſciæ) intra limites conſtringendo; atq; ità quaſi Tonum artificialem parti conciliando: hæcq; abſq; Calefactione, Diſcuſſione peragendo; vim ſuam exſerere videntur.

### *Empl. de Hierâ* ʒvj.

℞ Aloes, Myrr. ã ʒj. Spec. Hieræ, Theria-

eæ Ven. ã ʒſs. Ol. Abſint. Chym. gut. iv. Fellis Bov. ℈j. Mellis q. ſ. m.

Puerulorum Abdomini admoveatur contra Vermes.

*Empl. Hydropicum.*

℞ Empl. de Sapone ℥ij. Ol. Aniſi, Petrol. ã ʒiſ. m.

Lympham intra corporis habitum aggeſtam, & coagulatam attenuat, commovet, & per Diaphoreſin amandat. Applicetur ſuper totum Abdominis ambitum.

*Empl Ictericum.*

℞ Croci pulv. ʒij. Mellis q. ſ. f. Maſſa mollis, quæ ſuper alutam extenſa Hepatis, & Umbilici regioni applicetur.

Infantibus Ictero defædatis ſubſidio eſt.

*Empl. Iſchiatici ℥iiij.*

℞ Pic. Burgund. ℥ij. Galb. ℥j. Sulph. vivi ʒij. Succini ʒj. Hermodact. Rad. Ireos Florent. Sem. Cymini, Flor. Chamæm. ã ʒſs, Petrol. q. ſ. m. f. Empl.

Succos craſſos attenuat, ſalinos acres edulcorat, partes nervoſas roborat, & (abſque Repulſione) dolores Athriticos ſedat.

*Empl. Laterale.*

℞ Empl. è Cymino ℥j. Camph. ℈j. Ol. Aniſi gut. xv. m.

Penetrat, attenuat, diſcutit, flatus diſſipat, dolores ſedat.

*Empl. ad Lumbaginem* ℥vſs.

℞ Empl. de Minio Vigonis ℥ij. Diapalm. (Ol. Roſar. loco Axungiæ parat.) ℥iſs. Gum. Carannæ (Aceto Roſ. ſolutæ, & col.) ℥ſs. Boli, Terræ ſigill. Maſtiches ā ℈iv. Terebint. Cypr. ℥j m. ſ. a.

Humorum affluxum inhibet, & repellit; nec non partes Nervoſas confortat, & corroborat.

*Empl. de Majoranâ.*

℞ Pic. Burgund. ℥ſs. Pul. Majoranæ ʒſs. Euphorbii gr. v. m.

Ad Catarrhum; Dentalgiam; Uvulæ inflammationem; Ophthalmiam; & Cephalalgiam, applicetur Nuchæ, vel pone Aures.

*Empl. Maſtichini* ʒx.

℞ Maſtiches, Gum. Junip. Nuc. Moſc. Garyoph. ā ℈j. Labdani ʒvj. ducantur piſtillo calido in Mortario, & additâ Ol. Maſtich. qu. ſuff. ſ. Empl.

Capitis ſummo vertici imponatur, ad Pericranii refrigerati, & relaxati calorem, tonumque reſtituendum, & colluviei Catarrhalis ab illo ſcaturientis laticem ſiſtèndum. Convenit in dolore Capitis frigido; Dentalgiâ; Tumore Tonſillarum; Inflammatione Uvulæ; Aſperitate Gulæ, &c. Vide Linim: Cephalic:

### *Empl. Nephriticum.*

℞ Opii pulv. ʒij. Sapon. mollis ℥j. ol. Junip. ʒſs. m. & Renibus applicetur.

Utrum Opium externè applicatum ſit Narcoticum, meritò dubitetur.

### *Empl. Pectoralis* ℥j.

℞ Tacamahac. col. ℥ſs. Ceræ. citr. ʒij. liquefactis adde Pùl. Benzo. Styrac. calam. ā ʒj. Croci ℈ſs. Ol. Aniſi gut. viij. Ol. Nuc. Moſch. & Garyoph. ā gut. iiij. M. ſ. Empl. ſ. a.

Calefacit, attenuat, diſcutit, roborat. Muſculos Thoracicos colluvie viſcidâ, frigidâque impeditos luſtrat, & conſolatur, Uſui eſt ad Tuſſim cùm Pectoris gravitate, & teneritudine conjunctam.

### *Empl. de Pyrethro* ℥vj.

℞ Galb. col. Sagapeni, Ammon. (vino alb. ſoluti, & col.) ā ℥j. pul. Rad. Pyreth. Sem. Sinap. ā ℥ſs. Ceræ ℥iſs. Tereb Ven. q. ſ. m.

Partes nervoſas calefacit, deobſtruit, roborat, & Spiritus animales in motum ſtimulat. Convenit membris Paralyticis.

### *Empl. Spinale.*

℞ Empl. Diapalm. ℥ſs. Oxycroc. ʒij. Ol. Succini gut. xij. m.

Ad Dorſi dolorem, & debilitatem; Spinaliſquè medullæ obſtructionem eximiè conve-

 nit.

nit. Puerulis Rachitide laborantibus (oblongâ figurâ) à Nuchâ uſque ad Os ſacrum adhibeatur.

1. *Empl. Splenetici* ℥j.

Empl. de Cymino, Melil. Comp. Gum. Tacamah. ā ʒij. Empl. è Cicutâ cum Ammon. Balſ. Peruv. ā ʒj. m.

Fæculentias atrabilarias Hypochondrio ſtagnantes circulationi reddit; quin & fibrarum corrugationes, tenſiones; & affectiones ſpaſmodicas ſedat, & compeſcit.

2. *Empl. Splenetici* ʒvj.

℞ Empl. è Cymino ʒiij. Oxycroc. Tacamah. col. ā ʒiſs. Ol. Saſſaph. gut. iij. m.

1. *Empl. Stomachici Comp.* ℥j.

℞ Empl. Stom. Magiſtr. ℥ſs. Tacamahac. col. ʒij. liquefactis adde Pul. Bals. Tolut. ʒj. Sang. Drac. Balſ. Peruv. ā ʒſs. Ol. Nuc. Moſch. & Garyoph. ā gut. ij. Ol. Aniſi gut. j. m. f. Empl. ſ. a.

Calorem, & concoctionem Juvat; Nauſeam & Vomitum reprimit; Ventriculum cruditate, & flatibus liberat; ejuſque laxitati, imbecillitati, & diſtentioni opitulatur.

2. *Empl. Stomachici Comp.* ℥j.

℞ Tacamah. col. ʒvij. Pul. Ment. Balauſt. ā ʒſs. Ol. Garyoph. Nuc. Moſc. Aniſi, Succini ā gut. ij. f. Empl.

Sini-

Siniſtrum Ventriculi orificium, circa undecimam Thoracis Vertebram, Diaphragmati adnectitur; & partes poſteriores reſpicit. Hinc ad Dorſum, majori cum ſucceſſu, in Stomachi debilitate, applicantur Emplaſtra, inquit Highmor, quod notat etiam River. de Appetitu can. & T. Bartholin. Anat. p. 330.

### *Empl. Suppedalis* ℥vj.

℞ Empl. Cephal. ℥iij. Pic. Naval. ℥ij. pul. Euphorb. ℈ij. Camph. & Ol. Succini ā ℈j m.

Neceſſarii usûs eſt in Febribus continuis Cephalalgiâ, Torpore, Vigiliis, Delirio, &c. ſtipatis; quando ſcilicet Sanguis inæqualiter circulatur, & magis impetuosè verſus Caput, quàm inferiores corporis partes fertur. Vide Lot. Pedal.

### *Empl. pro Temporibus.*

℞ Carannæ ʒj. extendatur ſuper alutam, cui adde in medio Opii gr. ij. Ol. Succini gut. iv.

Anodynum eſt. Temporibus applicatum valet contra Vigilias, & Capitis dolorem. Pone, vel ſub Aures, Dentium cruciatum tollit.

Surculi duo Arteriæ Carotidis externæ ſub Aurem, Maxillam inferiorem ingrediuntur; & ſecundum ejus longitudinem, in omnium Dentium radices diſſeminantur, quibus Sanguis ad Dentium nutritionem defertur. Hiſce in vaſis Humores acres (unà cum ſanguine) ad Dentes perveniunt, quibus illorum membranula exquiſitè ſentiens, interiorem eorum

eorum medullam ſuccingens eroditur, & vellicatur : Undè dolores illi Dentium exquiſitiſſimi ortum petunt. Ab hâc Arteriarum Dentes petentium origine, Remedia pone, vel ſub Aures, meliori cum ſucceſſu, in dentium dolore applicare, quàm ad Tempora, facilè ſuaderi poteſt, inquit Highmor.

### *Empl. de Thure Comp.*

℞ Thuris ʒij. Tacamah. ʒj. Croci pul. ℈ſs. Tereb. Ven. q. ſ. m.

Febricitantium carpis admoveatur.

### *Emulſ. Arabicæ* ℔ij.

℞ Gum. Arab. ℥j. coq. in Aq. Hord. ℔ij. ad ſolutionem ; cum hâc ſolutione, & Sem. Malvæ, Papav. alb. Amygd. dulc. excort. ā ℥ſs. f. Emulſ. ſ. a. cui adde Sacch. Saturni gr. xvj. Syr. Alth. ℥iij. m.

In quolibet ardore Urinæ, vel ab acrimoniâ ſanguinis, vel ab Epiſpaſticis, vel ab Arenulis excitato, Euporiſton meritò habeatur. Doſ. ℥iv. vel ℥vj. bis, ter, quaterve in die.

### *Emulſ. Balſamicæ* ℔ij.

℞ Balſ. Tolut. ʒvj. decoqu. in Aq. Hord. ℔iij. ad ℔ij. cum col. & Amygd. dulc. excort. ʒvj. f. Emulſ. cui adde Balſ. Gilead. (cum Sacch. albi ℥j. benè triti) gut. xv. m.

Phthiſicis aptè præſcribitur ; Lenit enim, Demulcet, Tubercula diſcutit; Putredinem delet, & Sanat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0096-0 DFG

*Emulſ. Cathartica.*

℞ Reſinæ Scammon. ℈ſs. (vel q. ſ.) Vitel. Ovi ʒij. Sacch. albi ʒj. Aq. Roſ. Dam. & Cinnam. hord. ā ʒvj. m.

Hæc Reſina dupliciter culpabilis eſſe ſolet; aut enim obſtinatè ſolutioni reſiſtens, nullo modo alterata, abſque purgatione dejicitur; aut plicis Ventriculi, Inteſtinorumve pertinacius adhærens Nauſeam, Tormina, aut Hypercatharſin excitat: hâc verò ratione diſſoluta, & cicurata, ſatis efficaciter, & tutò, opus ſuum peragere ſolet.

*Emulſ. Communis* ℔ij.

℞ Amygdal. dulc. excort. Sem. Cucumer. Papav. albi ā ℥ſs. Sacch. albi ℥j. contundantur ſimul donec in paſtam coaleſcant; dein additis Aq. Hord. ℔ij. f. Emulſ. ſ. a. quæ foriter exprimendo coletur.

Hujus uſus eſt egregius, & multiplex, 1° ſc. ad Ventriculi æſtum, eroſiones, ſitim. 2° Ad Renum, & Veſicæ fervores, & cruciatus; Urinæ ardorem, Gonorrhæam. 3° Ad Sanguinis ebullitionem, & acrimonium in Febribus inflammatoriis, Pleuritide, Rheumatiſmo, Vigiliis, & Deliriis. 4° Ad Serum deficiens reſtituendum in Febribus ardentibus, & hecticis. Summatim, ad Leniendum. Refrigerandum, Humectandum. Propinetur Hauſtus ſæpè ad libitum.

*Emulſ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0097-6 DFG

*Emulſ. Cordialis* ℥viij.

℞ Aq. Epidem. Pæon. comp. ā ℥iv. Sem. Citri ℥ſs. f. Emulſ. cui adde Sach. perl. ʒiij. Ol. Nuc. Moſch. gut. j. m.

Sumat ægrotans cochl. ij. vel iij. tèr in die in Febribus malignis.

*Emulſ. de Cornu Cervi* ℔ij.

℞ Decocti CCC. ℔ij. Amygd. dulc. excort. Sem. Papav. albi ā ℥ſs. f. Emulſ. cui adde Aq. Cinnam. fort. ℥ij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. Sacch. ℥j. m.

Feliciter uſurpatur in Febribus cum Diarrhœâ ſymptomatica conjunctis pro potu ordinario.

Cùm pulvis hic calcinatus ſit mera Terra damnata, Salibus ſuis omninò ſpoliata; nequit non quin inter coquendum Sal Aqua imbibat, eamq; inanem, & eſutientem reddat. Iſta verò eſuriens Aqua in Viſcera, & Vaſa intromiſſa, Salia quotquot invenit in ſe avidè arripit, ſecumq; fotàs educit. Atq; hoc modo Ventriculum, & Inteſtina corrigit: Sanguinemq; & Succos edulcorat.

His aliquale lumen affert illud Mayow (de Therm. Bath. 264.) inquientis: Si Sal Tartari Aquæ fontanæ admixtum fuerit, Præcipitatio in eâdem fieri ſolet; eaq; colorem quendam album acquirit; certo utiq; indicio, Sal quoddam indolis acidæ aquis fontanis ineſſe.

*Emulſ. Pacificæ* ℥iiij.

℞ Sem. Papav. albi ʒij. Amygd. dulc. excort. N° j.. contuſis adde Aq. Papav. errat. ℥iiiſs. f. Emulſ. cui col. adde Aq. Ment. ʒj. Diacod. ʒiij. m. pro doſi ſingulari.

Spiritus furentes compeſcit, & ſomnum accerſit. Magis temperata eſt quàm Laudanum; & Ventriculum minus gravat, quàm Diacodium.

*Emulſ. Pæoniatæ* ℔ij.

℞ Sem. Pæon. Papav. albi, Amygd. dulc. excort. ā ℥ſs. Sacch. albi ℥j. Ol. Nuc. Moſc. gut ij. contuſis affunde ſenſim Aq. Ceraſ. nigr. ℔ij. f. Emulſ. ſ. a. cui col. adde Aq. Pæon. Comp. ℥ij. m.

*N. B.* Hoc modo quævis Olea Chymica commodiſſimè miſceri poſſunt.

Ad morbos Convulſivos, Epilepſiam, &c. ſed ſpeciatim egregii uſûs eſt febricitantibus Capitis dolore, ſubſultu Tendinum &c. tentatis. Doſ. ab. ℥ij. ad ℥iv. octavis, vel ſextis horis.

*Emulſ. Stypticæ* ℔ij.

℞ Rad. Conſolidæ maj. ℥iv. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. dein cum colaturâ, & Sem. Papav. albi, Hyoſcyami, Amygd. dulc. excort. ā ℥ſs. Sal. Prunel. ʒj. Sacch. Saturni ℈j. & Sacch. albi ℥j. f. Emulſ.

Sanguinem refrigerat, contemperat, incraſſat; vaſorum ora occludit; & Spiritus pacat.

utiliter

utiliter propinatur ad ſiſtendam Hæmorrhagiam narium; Hæmoptöen; Hæmorrhoidum, & Menſium fluxum. Doſ. ℥iv. bis in die.

### *Enem. Amari* ℥viiſ.

℞ Rad. Serpent. Virg. contuſ. ʒj. Pulp. Colocynth. (in nodulo ligat.) ℈j. Herb. Tanaceti, Summit. Sabinæ ā Mſs. f. decoct. in Aq. font. q. ſ. col. ℥vj. adde Ol. Hyper. ℥ſs. Ol. Abſint. Chym. ʒſs. Spe. Hieræ pic. ℈ſs. m.

Aſcarides enecat, & expellit. Quoad Vermes verò teretes, dum valentes ii ſunt, vividi, & reptiles; demque in tenuia inteſtina, & Ventriculum conſcèndere proclives ſunt; hujuſmodi amaricans Enema minimè debet injici; nè cogat eos ſuperiora verſùs repere, & Tragœdias ibi patrare. Poſt Anthelminthica verò aliquandiù per os exhibita, quæ Vermes languidos reddidêre, & ad inferiora depulêre; tùm demùm hoc maximè opportunum, & efficax uſu reperitur.

Aſcarides ſunt quidèm Gens puſilla, ſed expugnatu difficillima; namq; licèt omnes ad unam Enematis vi exterminarentur; nova tamen, & numeroſa proles ab ovulis in Recto depoſitis mox naſcetur. Ideòq; non tanti erit ſolummodo Parentes proſcripſiſſe; niſi inſupèr & Natos, & Semina etiam ipſa radicitùs extirpentur, & ejiciantur. Hocq; optimè fiet, ſi poſtquam Aſcarides jàm diſparuerunt, non ſtatim a Remediis abſiſtamus: ſed tertiis forſan diebus per aliquot vices: ac deindè ſemel in Hebdomade hujuſmodi deturbantia Enemata repetamus. Quod nemo Authoum hactenùs notavit.

*Enem. Anodyni* ℥xj.

℞ Lactis Vaccini ℔ſs. Spir. Vini commun. ℥ij. Ol. Aniſi ʒſs. Diaſcord. ʒvj. m. tepidè injiciatur horâ ſomni; & totam noctem (ſi fieri poſſit) retineatur.

Inteſtina mucagine glutinosâ oblinita, indeque refrigerata, & Spaſmis, flatibus, torminibuſque vexata, calefacit, confortat, demulcet, & ad ſanam craſin reſtituit.

Liberalem hunc, & inſolitum Spiritûs Vini, & Oleorum Chymicorum uſum hìc & alibì in Clyſteribus à me præſcriptum, Multi forsàn nunc ſeverè perſtringent, qui futurâ obſervatione, & felici ſucceſſu rectiùs tandèm docti ex animo celebrabunt.

De Salibus volatilibus etiàm res nova eſt, & praxis ferè inaudita: ſcribit verò Ettmullerus, quod in Epilepſiæ paroxyſmo, Salia volatilia cum clyſteribus injecta (tàm in Infantibus, quàm in Adultis) egregius quidam Practicus, (non ſine experto ſæpè ſucceſſu) commendat.

*Enem. Apoplectici* ℔j.

℞ Rad. Pyreth. ℥ſs. Herb. Rutæ Mij. Pulpæ Colocynth. (in nodulo) ʒſs. coq. in Aq. q. ſ. ad ℥xij. col. adde Infuſ. Croci Metal. ℥iij. Tinct. Caſtor. ℥ſs. Ol. Succini, Sal. Gem. ā ʒij. m.

In affectibus Soporoſis, Lethargo, Comate ſomnolento, Apoplexiâ, Paralyſi, &c. admodùm conducit. Si autem ſtatim ab injectione reddatur, ſtatim etiam reiterari debet: Non

rarum enim eſt hiſce in morbis, Clyſmata fruſtrà & ſine effectu uſurpari, propter inteſtina quaſi Paralyticè affecta.

*Enem. Balſamici* ℥xiiij.

℞ Juſculi Inteſtinor. Vervec. ℥x. Vitel Ov. N° ij Balſ. Lucatel. ℥j. Sevi ovini ʒij. m. Uſurpetur eo caloris gradu, ut Sevum non concreſcat.

Inteſtina intùs fovendo, inungendo, & oblinendo, eorum Fervores, Corrugationes, Cruciatus, Eroſiones, & Ulcuſcula, mulcet, compeſcit, ſanat. In Dyſenteriâ expetitiſſimum planè remedium.

*Enem. Carminantis* ℔j.

℞ Flor. Chamæm. Bac. Lauri ā ℥ſs. Sem. Fœnic. dulc. Cymini ā ʒij. Coq. in Aq. q. ſ. col. ℥xij. adjice Spir. Vini com. ʒiij. Ol. Oliv. ℥j. Ol. Aniſi ſtill. ʒij. m.

Ad Inteſtina debilitata, refrigerata, flaccida, pituitâ obducta, obſtructa, inflata, borborygmis, & doloribus cruciata; ſpeciatim ad Colicam flatuoſam, Affectionem Hypochondriacam, Hyſtericam, Hydropem, Maraſmum (ſine febre ingruentem) &c. perutile eſt.

*Enem. Colici* ℥xij.

℞ Vini Canar. Ol. Lini ā ℥vj. Ol. Succini ʒſs. m.

In horrendis inteſtinorum cruciatibus, & pertinaci alvi aſtrictione, plurimùm auxiliatur,

qua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0102-7

quatenùs membranoſam viſcerum ſubſtantiam confortat, fibrarum corrugationem tollit; Flatus diſcutit; & Fæces emollit. Sin verò Colicæ ſedes (quod frequenter accidit) altiùs ſit jacta, nempè in Ventriculo ipſo; Tunc Enemata, uſque licet efficacia (quia eorum vis non eò penetrare potis eſt) parùm, aut nihil opis afferre ſolent; nonnunquam & crabrones irritant, morbumq; diuturniorem reddunt; quod Practicis notandum.

*Enem. Communis* ℔j.

℞ Decocti Clyſterſantis ℥xij. Syrupi è ſucco Senecionis (vel è Spinâ Cerv.) Butyri ſaliti ā ℥j. Sacch. culinar. ℥ij. Ol. Aniſi gut. viij. m.

Ad Inteſtina (præſertim craſſa) eluenda; & flatidus, fæcibuſque exoneranda.

*Enema Confortans.*

℞ Vini Canar. ℔ſs. Diaſcord. ℥ſs. Vitel. Ov. N° ij. m.

Dimidiatâ tantùm quantitate præſcribitur, quia diu intra corpus retineri debet. Quod Julapia Cardiaca ſunt Ventriculo; idem & Inteſtinis hoc eſſe Enema jure putandum eſt; Illa enim in tantum refocillat: ut univerſali exinde factâ exultatione, tota Spirituum Syſtaſis ad munus ſuum defungendum alacrius; & quodcunque noxium reperitur eliminandum, ſtrenuius exſuſcitetur. Præter multos alios uſus, in Febribus malignæ notæ, egregiè proficuum eſt; idque non eo ſolùm nomine, quòd Spiritus vacillantes ſublevat; ſed

etiam quòd Viſcera ipſa defendit, & Miaſmatis radios à Centro, ad corporis circumferentiam pellit. Novi quendam Practicum, qui nonnunquàm hoc Clyſma in ipſis Variolis, ad Expulſionem promovendam, præſcribere ſolebat: hujuſmodi verò praxin rarò in uſum ducendam eſſe arbitror; quia hicce inflammatorius morbus ſæpiùs fræno, quàm calcaribus indiget.

### *Enem. Corroborantis* ℥xij.

℞ Herb. Abſinth. ſicc. Centaur. min. ā Mj. Fl. Chamæm. Bac. Lauri ā ʒiij. Coq. in Juſc. Capit. Ovin. q. ſ. col. ℥x. adde Spir. Vini com. ℥ij. Ol. Tereb. & Junip. ā ʒſs. m.

Velut fotu interno, Inteſtinorum calorem, & vigorem reparat; Fibras laxatas reſtituit; Spiritus fatiſcentes reficit; Pituitam craſſam detergit; Flatus diſcutit, & Dolores ſedat.

### *Enema Dulce.*

℞ Lactis Vaccin. recent. ℥vj. Theriacæ Januenſ. ℥ij m.

Ante uſum Enematis amari; Quando Vermes latitant in Inteſtinis tenuibus, dumque morſicando, & erodendo, Ventris torſionem excitant, commodiſſimè in uſum accenſetur hic Clyſter. ad Lac enim ſe convertent Vermes, utpotè dulce, & ſibi gratum; atque ita á morſibus deſiſtent; è latibulis prodibunt; inferiora verſus ſerpent; & ad exitum per ſedem diſponentur.

*Enem.*

### *Enem. Emollientis* ℔j.

℞ Lactis ℥x. Ol. Chamæm. ℥iij. Mel. Mercurial. Sacch. rub. & Extract. Caſſiæ ā ℥j. Ol. Aniſi ʒſs. m.

Fæces induratas, & conglobatas emollit; Alvumquè lubricat, ſubducitq.

### *Enem. Febrifugi* ℔ſs.

℞ Cort. Peruv. ſubtil. pulv. ℥ij. coq. multiplici coctione in Aq. font. donec redeat ad ℔ſs. col. turbidæ adde Diaſcord. ℥ſs. Ol. Aniſi gut. j. m.

Si ſatis diu retineri nequeat, in coquend. erit Cort. Granat. vel Balauſt. ℥ſs. & col. adjici poteſt Aq. Cinnam. ad ℥ij.

Ad Febres cujuſcunq; ſortis Intermittentes profligandas, Patientibus Medicamenta aſſumere reſpuentibus; Pueriſq; moroſis (minori doſi) Hæcce decocta Clyſterum more uſurpata egregiè valuiſſe ſæpè comperimus.

Modus uſurpandi eſt; ut ſtatim a Paroxyſmo finito iniiciatur; eoq; depoſito, alterum ſtatim immittatur; idq; totiès quotiès repetatur; & Inteſtina à Paroxyſmo ad Paroxyſmum ſemper eo imbuantur, donec Febris abigatur.

### *Enem. Hyſterici* ℔j.

℞ Rad. Ariſtoloch. rot. Bryoniæ albæ ā ℥ſs. Herb. Rutæ, Matricar. Puleg. Fl. Chamæm. ā Mſs. coq. in Aq. q. ſ. col. ℔j. diſſolve Aſæ fœt. ʒj. Ol. Succini ʒij. Sacch. rub. ℥j. m.

In ipſo Paroxyſmi articulo poteſt injici, ad Spirituum ἀταξίαν potentiſſimè reprimendam.

*Enem. pro Infantibus* ℥iiij.

℞ Lact. recent. ℥iij. Ol. Amygdal. dulc. Syr. Viol. ā ℥ſs. Ol. Aniſi gut. xij m.
Emollit, laxat, Flatus diſcutit, Dolores ſedat.

*Enem. Laxantis* ℔j.

℞ Juſculi Pulli (vel è carne Vitulinâ) ℥xij. Ol. Olivar. Sacch. culin. ā ℥ij. Ol. Aniſi ʒſs. m.
Inteſtina confortat; Fæces emollit; Flatus diſcutit; Alvum laxat.

*Enem. Lenientis* ℔j.

℞ Lactis ℥x. Mucilag. Sem. Pſyllii, & Cydon. (Aq. Papav. errat. extract.) ℥iij. Vitel. Ov. N° ij. Diacod. ℥ij. m.
Locum habet quando humorum bilioſorum acrimonia Inteſtina vehementer ſtimulat, vellicat, pungit, rodit. Acorem enim obtundit; Membranas mucagine oblinit; & Spiritus irritatos compeſcit.

*Enem. de Malicorio* ℥viſs.

℞ Cortic. Granator. contuſ. ℥ſs. Flor. Balauſt. ʒj. coq. in Lact. q. ſ. col. ℥iv. adde Spir. Vini com. (vel Aq. Cinnam. fort.) ℥ij. Diaſcord. ʒvj. Ol. Nuc. Moſc. gut. vj. m.
Ut diutiùs, & faciliùs retineatur (quod maximi eſt momenti) ſtatim atque injicitur, Anus fovea-

foveatur Decocto aliquo Aſtringenti; aut ſaltem linteis calefactis; & quamprimùm ſomno ſe tradat æger. Forſan etiam e re eſſet in Latus dextrum decumbere; itâ ſiquidèm Colon non omninò premeretur ſub pondere cæterorum inteſtinorum.

Præ cujuſvis ferè generis aliis Aſtringentibus, valet hoc ad ſiſtendam iſtiuſmodi Diarrhæam, quæ ſine torminibus accidit; & non tàm à materiæ copiâ, aut acredine, quàm ab Inteſtinorum Laxitate, & Lubricitate pendet.

*Enem. Nutrientis* ℔j.

℞ Juſcul. Inteſtinor. Ov. ℥v. Vitel. Ov. N° iij. Vini Canar. ℥iij. Succi Chermes ℥ſs m.

Aliqui negant hujuſmodi dari Enemata verè Nutrientia: In contrariam verò ſententiam ipſe propendeo, 1°. Quia Colon habet vaſa Lactea, licet pauca. 2°. Sæpiùs notavi, Enema de Malicorio injectum 24 horas, & ultra, retineri; & proximam ſubſequentem dejectionem omninò ſolidam fuiſſe. 3° Petrus Borellus (Cent. 1. Obſ. 56.) vidit quandam Clyſtere è Vino injecto inebriatam fuiſſe. 4°. Apud Hildanum (Cent. 4. Obſ. 30.) Mulier per ſex hebdomadas, nihil ferè per Os aſſumebat; ſed Clyſterum beneficio ità fuit nutrita, ut Gravida ad conſtitutum tempus Fœtum geſtaverit, feliciterque peperit. Plura poſſem ejuſmodi proferre, niſi hæc abundè ſatis ſufficerent ad probandum dari Enemata Nutrientia.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0107-6

### *Enema Oleoſum Amarum.*

℞ Ol. Lini ℥vj. Colocynth. ʒiſs. f. levis ebullitio, & colatura.

Rulandus hoc Clyſtere Umbilicum benè inunxit; & reliquum per Siphunculum injecit cuidam Iliacâ Paſſione miſerè cruciato, cum præſenti levamine. At verò non temerè imitandus eſſe videtur, nè ſurſùm exprimatur Enema in Ventriculum; & Vomitionem (quæ antè fuit longè enormis) adeò intendat, ut Mortem planiſſimè acceleret. Nihilominùs autem, antequàm Colica in Iliacam paſſionem tranſiverit; ubi Alvus obſtinatè occluditur; nec tamen motus Periſtalticus penitùs jam invertitur, valde proficuum hoc fore remedium arbitror.

### *Enem. è quatuor Oleis* ℥xiiij.

℞ Ol. Lini, Ol. Chamæm. ā ℥vj. Ol. Scorpion. ℥ij. Ol. Terebint. ʒij. m.

Commodé præſcribitur contra Calculum, & Arenulas, in ipſo Paroxyſmo: Vias enim lubricat; Viſcerum ſpaſmum diſſolvit; Fæces induratas emollit; Inteſtina (Renes, Ureteres, Veſicamque comprimentia) exonerat; ſicque minori cum difficultate, & dolore, Calculos, Arenulas, ſaburramquè glarealem, deſcendere, & evacuari permittit, & cogit.

### *Enem. Purgantis* ℥xv.

℞ Decocti Clyſteriſ. ℥xij. Miſt. Clyſteriſ. ℥iij. m.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0108-2

Titulus uſum apertè indicat.

Prout mea fert Opinio, Clyſteres poſſunt (non obſtante Coli valvulâ) expurgare non tantùm Rectum, & Colon; ſed & ſuperiora quoq; cuncta Inteſtina. Quippè Motus Periſtalticus in Inferioribus excitatus, & inceptus, facillimè poteſt, & ſolet uſq; ad Pylorum ipſum continuari: atq; eo modo deorsùm ſollicitentur, & exprimantur excrementa per totum tractum Inteſtinalem: præſertim iis qui facilioris ſunt Purgationis, id eſt qui Inteſtinis donantur facilè irritabilibus.

*Enem. Refrigerantis* ℔j.

℞ Emulſ. Commum. ℥xij. Ol. Lil. ℥iv. Sal. Prunel. ℈ij. Sacch. Saturni ℈j. m. tepidè injiciatur.

Conſultò præſcribi poteſt, quoties Bilis valdè acris, & copiosè ſuffuſa, Inteſtinis fervorem, doloremqùe excitat: uti in Cholerâ morbo, aliquibuſque in Febribus.

Sunt qui frigidos actu Clyſteres immittere auſi ſunt; ſunt & qui hujuſmodi praxin damnant. Sed Ventriculus qui longè exquiſitioris eſt Senſûs, hauſtus frigidos, imo glaciales perferre poteſt: Cur non ergò itidèm & Inteſtina? Hoc verò cùm inexpertus ſum; propono, non ſuadeo.

*Enem. Saponacei* ℔j.

℞ Herb. Malvæ, Virg. aur. ā Mj. Bac. Junip. Lauri. Sem. Dauci. ſylv. Petroſel. ā ʒij. coq. in Aq. q. col. ℥xij. diſſolve Sapon. Caſtil.

ſtil. ℥ſs. Ol. Chamæm. ℥j. Ol. Aniſi ʒſs. Syr. Viol. ℥ij. m

Potenter flatus diſcutit; Fæces induratas emollit; Inteſtina evacuat, Vias Urinarias lubricat; Arenulas pellit: ideoquè calculoſis præcipuè dicatur, & ſummè commodum uſu reperitur.

### *Enem. Somniferi* ℥viij.

℞ Opii gr. viij. diſſolve in Aq. Papav. errat. ℥vj. & adde Diaſcord. ℥ſs. Vitel. Ov. N° j. m. injiciatur tepidè horâ ſomni.

Cùm in Acutis, aliiſquè Gravioribus morbis, Vigiliæ (vel ex Doloris vehementiâ, vel Humorum nimio æſtu, vel Spirituum irrequie) adeò invaleſcunt, & vires frangunt, ut Opiata ampliùs tutò Ventriculo committi nequeant, Nè Natura omni auxilio deſtituatur, Authores ſuadent immiſcere Opiata Clyſteribus. Sic Sennertus (de Phrenit.) In ſummo virium lapſu, ubi Opiata non commodè interius aſſumuntur, Clyſteribus ea admiſcenda, monet. Et Riverius (de Phrenit.) pronunciat, quòd Laudanum Opiatum etiamnùm in Clyſteribus uſurpatum, ſatis potentèr, & tutiùs ſomnum conciliat, quàm per Os exhibitum.

### *Enem. Terebinthinati* ℔j.

℞ Urinæ ſanæ ℔j. Terebinth. Ven. ℥j. Vitel. Ov. N° ij. Ol. Aniſi ʒj. Theriacæ Januenſ. ℥j. m. ſ. a.

Optimè ingreditur Urina, quæ cùm nuper Corporis hoſpes fuerit, nunc quoq; amicè reci-

cipiatur; & Bilis vicem facilè impleat. Bilis enim ſalem, & Urinæ eundem eſſe jam ã Pecqueto, viſum, & Helmontio; uterq; certè Nitroſus eſt.

Terebinthina in Enemate diſſoluta prodeſt in Hydrope, Morbo Colico, & Calculo; quia particulæ Balſamicæ Inteſtina confortant; ac inſuper à ſanguine venoſo acceptæ, & cum eo per totum corpus circulatæ, Urinas movent: Forſan etiam ubique diffuſæ, materiam morbificam, aut ſtagnantem movent; aut acetoſam, aut aliàs degenerem, ad craſin meliorem inclinant.

## *Enem. ad Tormina* ℥v.

℞ Cretæ albæ pul. ℥ſs. Herb. Rutæ, Fl. Chamæm. ã Mſs. f. decoct. in Aq. ℔ſs. col. ℥iv. adde Tinct. Caſtor. ʒiij. Diaſcord. ʒij. Syr. de Mecon. ℥ſs. Ol. Aniſi gut. x. m.

Acidum corrigit; Inteſtina confortat; Flatus diſſipat; Dolores ſedat; ſpaſmos tollit. Puerulis (vel Dentitione difficili, vel Humorum acrimoniâ conflictantibus) apprimè convenit; nempè quando Dejectiones virides, & torminoſæ, Vigiliæ, Inquietudines, Suffuſiones erraticæ febriles, &c. adſunt, & Convulſiones intentant.

## *Enema de Verbaſco* ℥xv.

℞ Herb. Cicutæ, Hyoſcyami ã Mj. Verbaſci, Flor. Sambuci ã Mſs. coq. in Aq. ferratæ q. ſ. col. ℥xij. diſſol. Vitel. Ov. N° j. Ol. Lini ℥ij. Ol. Succini ʒſs. Sulph. ʒij. m.

Hæmorrhoidum internarum Tumores diſcutit;

tit; Dolores efficaciſſimè demulcet; Ulcuſcula ſanat; Sanguiniſque affluxum inhibet.

### *Epithema Aluminoſum.*

℞ Alum. uſti pulv. ℥ſs. Mellis Roſ. q. ſ. Nuc. Moſc. pul. ʒj. m. Extendatur ſuper chartam, & linteo apto alligetur ſuper genam affectam.

Odontalgiæ inſcribitur; & locum ſortitur, ubi cauſa doloris non eſt Dens carioſus, ſed Humor acris totam maxillam afficiens, Humorum affluxum concitans, & Inflammationem inferens: potentiſſimè enim Repellit.

### *Epithema Anodynum.*

Spir. Vini com. ℥iv. Camph. ʒſs. Opii ʒij. diſſolve.

Partes Nervoſas confortat; Spiritus excandeſcentes placat; Altè penetrat; Poros aperit; Materiam dolorificam attenuat, diſſipat, obtundit, & per Diaphoreſin evaporare cogit.

### *Epithema de Calce.*

℞ Calcis ℥ij. Mellis liquidi q. ſ. f. Miſtura ſ. a. Unguenti formâ ſuper alutam extendenda, parti affectæ applicanda, & quoties exaruerit renovanda.

Cautiſſime, & artificiosè debet admiſceri; aliter enim (præſertim ſi Calx recens fuerit calcinata, & viva) in bullas & grumos faceſſet: Aliqando Saponem vulgarem addere ſoleo.

Expe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0112-3

Experimentum eſt egregium, & probatum contra dolores Scorbuticos Rheumaticos. Nunquam adhuc tentatum novi in Arthritide verâ; ſed valdè proficuum fore totus credo. Valet etiam adverſus Perniones.

*Epithem. Cephalalgici* ℔ſs.

℞ Aq. Roſ. rub. ℥iv. Aceti Roſ. ℥ij. Ol. Roſ. ℥j. Album. Ovi. N° j. m.

Huic Mixturæ linteola duplicata immerſa, imbutaque frigidè admoveantur Fronti, & Temporibus, mutando quoties exaruerint.

Ad Capitis dolores ardentes, pulſatiles; Vigilias; & Deliria, in Febribus non malignis.

*Epithem. Cordialis* ʒx.

℞ Aquæ Reginæ Hungar. ʒvj. Sp. Lavend. comp. Sp. Croci ā ʒij. Balſ. Apoplect. ℈j. Ol. Garyoph. gut. x. m.

Adverſus animi deliquia, & Cordis Palpitationem aptè præſcribitur: Hyſtericis verò parùm convenit, ob odoris ſuavitatem iis odioſè infenſam.

*Epitem. Frontalis Aquei* ℔ſs.

℞ Camph. gr. viij. Aceti ℥j. Aq. Roſ. rub. ℥vij. m.

Ad Vigilias, Capitis dolorem, & Delirium in Febribus, ex ſanguinis fervore, & rarefactione (non verò ex Spirituum oppreſſione, & confuſione in febribus malignis, quòd acriter diſtinguendum eſt) oriundum.

*Epithem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0113-9 DFG

### *Epithem. Frontalis Lactei* ℥ij.

℞ Lact. Muliebr. Album Ov. conquaſſ. ā ℥j. Opii ℈ſs. Camph. gr. v. m. & frigidè admoveatur.

Vires æmulatur ſuperioris, niſi quòd minùs Sanguinem refrigerat, & magis Spiritus conſopit.

### *Epithema de Saccharo Saturni.*

℞ Aceti ℔ſs. Sacch. Saturni ℥j. m.

Huic immergatur petia lintea dupla, frigidè Cordis regioni applicetur, & quoties tepeſcet renovetur. Experimentum eſt mirabile contra Narium Hæmorrhagiam. Primò (ob frigus impreſſum) horrorem leviculum incutiet; & mox effluxum (uſque licet profuſum,) certiſſimè cohibebit.

### *Epithema Saponaceum.*

℞ Spir. Lumbricor. Magiſtral. ℥vj. Spir. Cochlear. ʒij. Spir. Sal. Armon. ʒvj. Sapon. Ven. ℥iſs. Camp. ʒvj. Opii. ʒj. Croci ʒiſs. digere aliquot dies, & cola.

Summo eſt Arthriticis ſolatio; Namquè partem affectam (abſque ullâ Repulſione) roborat; Criſpationem fibrarum cruciantem retorquet; Spiritus ferocientes placat; Spicula ſalium obtundit; Ichorem dolorificum diſſipat, & per tranſpirationem educit.

*Errhinum Chymicum.*

℞ Turb. miner. ℈ſs. Glycyrrh. ʒſs. Nuc. Moch. ℈j. Ol. Roriſmar. gut. ij. m. f. pulv. cujus pauxillum in nares inſuffletur.

Errhina in uſum duci debent, præcipuè matutino tempore, frigus cavendo: ſed ſi neceſſitas urgeat, poſſunt quovis etiam & alio. Aquæ, Muci, Pituitæque viſcidæ è Capite, & Naribus magnam eliciunt quantitatem; & appoſitè præſcribuntur contra Capitis affectus diuturnos, & contumaces, ex viſcidâ, tenacique materiâ oriundos; uti gravativos Capitis dolores, Paralyſin, Morboſque ſoporoſos. Hoc è Turbith omninò mirabile, & potentiſſimum eſt; Lympham enim ſpecificè tenuem (quaſi Salivationem per Nares moveret) tàm profuse, & rivulosè educit, ut nemini non experto credibile eſſe poſſit. Sed ſi nimis frequenter iteretur, membranam narium erodere ſolet: Ideoque poſt ejus uſum, conſultum eſſet, vel Lac tepidum, vel Oleum in Nares attrahere.

*Errhinum de Elaterio.*

℞ Elaterii pulv. gr. iv. Aq. Langii ℥j. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Turundæ ex Nicotianâ factæ hoc liquore intictæ naribus immittantur.

*Errhinum de Euphorbio.*

℞ Pul. Euphorb. ℈ſs. Vini albi ℥j. Spir. Cochl. ʒij. Ol. Majoranæ gut. ij. m. Goſſypio exci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0115-0

excipiatur, & formentur exindè Naſalia formâ pyramidiali.

*Errhinum ſolidum.*

℞ Confec. Hamech, Scammon. pp. ā ʒij. Euphrob. gr. xvj. f. maſſa inſtar paſtæ, ex quâ confingantur Turundæ, naribus indendæ, atque per horam (ope ligaculi lintei) ibi detinendæ.

*Errhinum è Succis.*

℞ Herb. Periclym. Miij. Primulæ veris Miij. Beton. Mij. Majoranæ Mj. contuſis exprimatur ſuccus; qui è volâ manûs, per duas, treſvè vices attrahatur; vel ope pennæ fiſtulæve nicotianariæ naribus inſuffletur.

*Eſſentia Cordialis Hyſterica.*

℞ Ol. Garyoph. gut. xxx. Ol. Succini gut. vj. Aniſi gut. iiij. m.

Eodem modo Stomachicæ, Carminativæ, Diureticæ, Cephalicæ, & pro Medici intentione, Infinitæ aliæ ex Oleis concinnari poſſint Eſſentiæ. Addi poſſint Sp. Sal. Armon. ʒij. Sumantur gut. iij. ſuper fruſtulum Sacchari, aut Placentam Saccharatam; aut ex haſtulo Cereviſiæ, Vinive, inſtante languore.

*Expreſſio Becabungæ Comp.*

℞ Herb. Becab. Naſt. aq. Borag. Plantag ā Miiii. contuſis in Mortario marmoreo affunde Aq. font. ℔iiij. ſtent in loco frigido horam unam,

nam, poſtmodùm exprimatur ſuccus aquoſus, eiq. adde Ol. Vitrioli q. ſ. ad modicam aciditatem: reponatur donec liquor fiat optimè depuratus: effundatur, & lagenis vitreis aſſervetur ad uſum.

Facili negotio, & vili pretio parata hæc Expreſſio iiſdem pollet viribus ac Expreſ. Scorb. temp. ſed potentiùs refrigerat. Propinari poteſt ad ℔ſs. bis quotidiè.

## *Expreſſ. Icterica* ℔j.

℞ Herb. Chelidon. maj. Mij. Bac. Junip. ℥j. contuſis adde Croci minutim conciſſi ℈j. Vini Rhen. ℔j. Aq. Mirab. ℥ij. ſtent frigidè per noctem. manè liquor exprimendo coletur, & Syr. è 5 Rad. ℥iſs. edulcoretur.

Dentur (poſt Purgantia debita) ℥iij. tèr in die, donec Morbus evanuerit.

## *Expreſſ. Millepedum ſimplicis* ℔j.

℞ Millep. viv. Sacch. albi ā ℥iij. ſimul contuſis affundatur Vini albi ℔j. probè miſceantur in mortario, & Liquor forti expreſſione còletur.

Millepedes ſanguinem calefaciunt attenuant, depurant; Nervos colluſtrant; Obſtructiones reſerant; & Urinam movent. Valent ad Arenulas, Hydropem, Icterum, Scrophulas, Aſthma, Tuſſim, Phthiſin incipientem, Cancrum, Viſûs debilitatem; & ad Cutis venuſtatem, coloremq; Faciei elegantem conſervandum & revocandum. Doſis ℥iij. ſingulis Auroris. Audivi (ſed nondùm ſatis expertus ſum) Millipedes Veſperi crebrius, & co-

pioſè exhibitos, Urinæ acrimoniam excitare; ejuſque Remedium adæquatum eſſe Balſamum Capivii.

*Expreſſ. Millepedum Ictericæ* ℥vj.

℞ Millep. viv. N° 100. Croci ℈ſs. Nuc. Moſc. ʒſs. Sacc. albi ℥ſs. contuſ. affunde Aq. Chelidon. (vel Aparines) ſimpl. ℥iv. Aq. Lumbricor Magiſtr. ℥ij. f. Expreſ.

Titulus vires explicat. Doſ. pars dimidia mane, & quartâ pomerid. quotidiè.

*Expreſſ. Millep. ad Pertuſſim* ℥viij.

℞ Millep. viv. mund. ℥ij. Pul. Sem. Aniſi ʒj. Nuc. Moſch. ʒſs. Sacch. albi ℥j. contuſ. affunde Aq. Puleg. ℥vj. Aq. Bryon. comp. Pæon. Comp. ã ℥j. f. Expreſſ.

Quoniam pertinax omninò eſt hic Affectus, idcircò æque pertinaciter in uſu remedii inſiſtendum erit; Puerulis exhibendo nempè cochl. j. poſt ſingulos Tuſſiendi paroxyſmos, donec profligetur tandem devicta Tuſſis.

*Expreſſ. Pleuritica.*

℞ Herbæ Taraxaci virid. Miiij. contuſ. affunde Aq. Papav. errat. ℔j. col. per expreſ. adde Lap. Prunel. ʒj. Ocul. Cancr. pul. ʒij. Syr. Papav. errat. ℥iij. m.

Spirituum furentem Orgaſmum refrænat; Sanguinis rarefacti, & bullientis fervorem temperat; Lymphæ viſciditatem liquat; & Diureſin promovet. Non neglectis debitis Venæ-

ſectio-

ſectionibus, exhibeantur tepidè cochl V. alternis horis.

*Expreſſ. Pæoniata.*

℞ Rad. Pæon. mar. recent. contuſ. ℥iv. Fol. Viſci arbor. minutim conciſ. ℥j. Vini Hiſpan. ℔j. Infunde calidè; & clausè duas horas; dein fortiter exprime, addendo Aq. Pæon. comp. & Syr. Pæon. comp. ā ℥ij. Tinct. Caſtor. ʒij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Cerebrum, & Nervos clarificat, & roborat. Uſui eſt in Morbis Convulſivis; Capitis idiopathico dolore, Vertigine; Paralyſi, & affectione Hyſtericâ.

*Expreſſ. Refrigerantis* ℔iij.

℞ Herbæ Anagallidis flore puniceo Miij. Borag. Mvj. Rad. Borag. lamellatim Inciſ. ℥ij. Poma N° iij. Sal. Prunel. ʒij. Sacch. alb. ℥iſs. ſimul contuſis affunde Aq. Ulmariæ ℔iij. ſtent frigidè per noctem, & f. Expreſſio.

Melancholicis calidiori temperamento conſtitutis apte dicatur. Sanguinem enim atrabilarium corrigit; ejuſque ebullitiones refrænat; Hypochondriorum æſtus flatuoſos, temperat; Cerebrum refrigerat; Spiritus rarefactos condenſat; & Urinam ciet. Doſ. ℥vj. bis, tervè in die, ad longum tempus.

*Expreſſ. Roſaceæ* ℔ij.

℞ Cretæ albæ (leviſſimæ, & puriſſimæ) pulv. ʒij. Boli Armen. pul. ℥j. coq. in Aq.

 ℔vi.

℔vj. ad ℔ij. dein reponatur, ut partes craſſiores ſubſidant: liquori tenuiori effuſo adde Conſerv. Roſ. rub. ℥vj. maceretur tepidè 12 horas, & f. Expreſ. per Manicam Hippoc. depuranda.

Ad Diarrhæam (quæ ſiſti debet) vel ab Humorum acrimoniâ, vel ab Inteſtinorum laxitate ortam; vel cum dolore, vel ſine dolore exiſtentem, præſentaneum certè, fidumquè remedium eſt. Si verò cuipiam nimis frigidum uſu reperiatur, cum Aquâ Cinnamomi forti benè corrigi poteſt. Doſ. cochl. vj. bis, tèr, ſæpiuſvè, pro rei exigentiâ, in die.

## *Expreſſ. Scorbuticæ calidæ* ℔ij.

℞ Herb. Cochl. hort. Naſturt. aq. Becab. Chelidon. maj. ā Miiij. contuſ. adde Vini albi ℔ſs. Aq. Raph. comp. Aqu. Lumbric. Magiſt. ā ℥iv. f. Expreſ. cui adde Sp. Cochl. ʒij. Sacch. albi ℥ij. vel q. v. m.

Vires æmulatur Cereviſiæ Scorb. calidæ, quâm conſule; propinetur cochl iv. tèr in die cum hauſtulo Cereviſiæ communis.

## *Expreſ. Scorb. temperatæ* ℔iij.

℞ Herb. Becab. Naſturt. aq. Taraxaci, Aparines, ā Miiij. Mal. Aurant. (cum corticib.) N° iv. contuſ. affunde Vini albi, & Aq. flor. Samb. ā ℔j. f. Expreſ. per ſubſidentiam clarificanda, & Saccharo ad libitum edulco randa.

Scorbuticis calidiori conſtitutione præditis, inquè ſuffuſiones erraticas, Fervores Hecti-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0120-7

cos, & Maciem indè pronis, admodùm prodeſt. Bibantur ℥iv. bis in dies.

### *Expreſſ. Styptica* ℔iſs.

℞ Herb. Bellid. min. Piloſel. Millefol. Urticæ urentis ā Miij. contùſ. affunde Aq. Plantag. ℥xij. liquori expreſſo diſſolve Lap. Prunel. ʒij. Syr. è Roſis ſicc. ℥ij. m.

Sanguinem refrigerando, temperando, depurando, & incraſſando; Item vaſa conſtringendo, & conglutinando, Hæmoptyſi, & quibuſcunque Hæmorrhagiis medetur. Doſ. ℥iij. bis tervè quotidie per ſat longum tempus; debitis interpoſitis Laxantibus.

### *Extractum Pectorale.*

℞ Maltæ opt. (ſine expyreumate) Cong. iſs. Aq. Cong. ij. f. Alæ ſ. a Cong. j. Huic claræ, non fermentatæ adde Paſſul. ſol. expurgat. conciſ. ℔ſs Glycyrrh. ℥ij. Ter. Japan. ℥j. coque donec ℔iiij. ſint evaporatæ: poſtmodùm exprimendo coletur; deniq; (additis Coccinel. ℈iiij.) percoq. ad Mellaginem.

Summè Elegans & Efficax hoc Remedium ſæpiſſimè paravi; atq; eo excellentius eſſe ſemper exiſtimavi, quòd cum craſſa ſit, & tenax Mucago; ob gratam tamèn Auſteritatem, non omninò (ſicùt cætera omnia Incraſſantia Pectoralia ſolent) Ventriculum relaxat aggravatvè; ſed ejus tonum recreat, & confirmat.

Laryngis parietes arefactos humectat; irritatos lenit; ferè excoriatos ſanat: Glandulas ferventes refrigerat; tumentes emollit; laxa-

tas conſtringit: Seri acredinem temperat; tenuitatem incraſſat; & impetum refrænat: atq; ita Tuſſi Catarrhoſæ, Gulæq; aſperitati adæquatum, præſtantiſſimumq; remedium eſt.

### *Fotus Amaricantis* ℔ij.

℞ Rad. Ariſtol. rot. ℥j. Herb. Abſint. vulg. ſicc. Abrot. fœm. Tanacèti, Summit. Sabinæ ã Mj. Helleboraſtri Mſs. Pulp. Colocynt. Aloes ã ʒj. f. Decoct. in Aq. ℔iij. ad ℔ij. col. pro Fotu ope ſtupharum è panno Wallico (vulgo *Flannel*) Abdominis regioni calidè uſurpando.

Vermes (non inuſitatum eſt) In latibulis ſuis (ſc. Inteſtinorum plicis) tàm altè ſe recondunt, & ſecurè degunt, ut tùm Alterantium, tùm Purgantium tela intacti prosùs effugiant. In hujuſmodi caſu, externa remedia (inter quæ hicce Fotùs non infimum) perquàm utiliter in uſum adducuntur; ad illos nempè è nidis ſuis deturbandos; & medicamentis internis ſubſecuturis objiciendos, quæ eos aut enecent, aut per ſedem expellant.

### *Fotus Anodyni* ℔iiij.

℞ Capit. Papav. alb. (conciſ. & cum Seminib. contuſ.) Sem. Anethi ã ℥ij. Herb. Hyoſcy. Cynogl. Solani, Fl. Chamæm. ã Mij. coq. in Aq. ℔vj. ad iv. col.

Uſurpetur cum Stuphis laneis calidiſſimè intinctis expreſſis, & viciſſim applicatis; repetendo quoties dolores intenſiùs urſerint. Fibras corrugatas lenit; Spiritus irritatos conſopit;

ſopit; Humotes acres obtundit; Viſcidos attenuat & ſubſiſtentes circulationi reddit.

*Fotus Camphorati* ℔j.

℞ Aceti ℔j. Nitri ℥j. Camph. ʒj diſſolve ſuper ignem & f. Fotus.

Pectoris regioni frigidè applicatus, egregiè ſiſtit violentas narium Hæmorrhagias: Et Pubis regioni, & Teſticulis; Ebrietatem arcet.

*Fotus ad Colicam* ℔v.

℞ Flor. Chamæm. ℥ij. Bacc. Junip. Lauri ā ℥j. Sal. Armon. crudi ʒſs. coq. in Aq. ℔vj. ad ℔iv. ſub finem. addendo Sem. Fœnic. dulc. Carui, Cymini, Aniſi ā ℥ſs. col. adjice Spir. Vini commun. ℔j. m.

Uſui eſt non tantùm in Colicà flatulentâ; ſed etiam in terribili ſæviente Biliosâ; Quando enim Dolor intolerandus horrendùm furit; & Alvus tàm obfirmate ſe claudit, ut nulli, nè valentiſſimo quidêm, cedat Carthartico; Hujuſmodi Fotus, quaſi divinum auxilium, in ſubſidium venire ſolet: Namque blando mulcimine muſculos Abdominis fovendo; Calorem nativum reſuſcitando; Flatus profligando; Conſtrictiones ſpaſmodicas ſolvendo; & motum inteſtinorum periſtalticum revocando; feliciter efficit, ut Purgantia exhibita munus ſuum ritè obeant, & morbum abrumpant.

*Fotus Diuretici* ℔iiij.

℞ Rad. Apii ℥iv. Fœnic. Sem. Lini ā ℥ij. Herb. Parietar. Malv. Perſicariæ, Fl. Chamæm. ā Mij. coq. in Aq. ℔vj. ad ℔iv. col. diſſol. Sal. Armon. crudi (vel ejus defectu, Sal. Prunel.) ℥ſs. Sapon. vulg. ℥ij. m.

Uſurpatur cum ſucceſſu laudabili, in ſæviſſimis Calculoſorum paroxyſmis, ſummo cruciatu, & Urinæ ſuppreſſione ſtipatis. Minimè verò operatur (uti vulgò creditur) quatenùs conſtat Ingredientibus Diureticis, ſpecificâ vi expellendi dotatis; Sed quatenùs partim molli fotu, & amico calore mulcendo, Muſculos Abdominis, & Veſicæ (propter dolorem & humorum affluxum, tenſos, & rigidos) relaxat, & recreat; partimquè quatenùs leniter eos ſubpungendo, & extimulando, ad conſuetum Conſtrictionis munus redintegrandum provocat.

*Fotus Dyſentericus.*

℞ Fol. Quercûs Mx. decoq. in opertâ ollâ cum Aceti fortis q. ſ. pro fomento, quo ſæpiùs foveatur Anus; Vaporq; calidiſſimus Ano excipiatur.

Eſt ſanè Experimentum Rulandi: ſed (apertè fateor) in tàm diro, calamitoſo, & ægrè ſuperabili Affectu, huic tàm levidenſi præſidio ſoli neutiquàm fiderem: Nihilominùs cæteris non neglectis, hoc etiam utiliter adhiberi poſſe, non invitus concedo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0124-0

*Fotus Emmenagogi* ℔vj.

℞ Rad. Bryon. albæ ℥iv. Ariſtol. rot. ℥ij. Zedoar. Bac. Lauri ā ℥j. Herb. Matricar. Artemiſ. Summit. Sabinæ, Flor. Chamæm. ā Mij. decoq. in Aq. ℔viij. ad ℔v. col. adde Spir. Vini commun. ℔j. m. pro fotu calidiſſimo Abdominis, & Pubis regioni adhibendo.

Partès calefacit, & confortat, Obſtructiones pituitoſas excutit: Sanguinem fæculentum attenuat, ſtagnantem dimovet, ejuſquè curſum Uteri vaſa verſus allicit.

*Fotus ad Hæmorrhoidum dolorem* ℔iiij.

℞ Rad. Cepar. Sem. Lini ā ℥iv. Herb. Hyoſcy. Verbaſci, Linariæ Millefol. ā Mij. coq. in Aq. ℔vj. ad ℔iv. col. diſſol. Opii ʒij. m. adhibeatut tepidè.

Vaſorum tenſionem crudelem relaxat; Doloris acrimoniam obtundit; Fæculentias viſcidas, & grumoſas (obſtructionem figentes. tumoremquè excitantes) liquat, & diſcutit, Sanguiniſque inundationem repellit.

*Fotus ad Hæmorrhoidum fluxum immodicum* ℔iiij.

℞ Herb. Verbaſci, Millefol. Plantag. Fol. Sambuci ā Miiij. Cort. Granat. ℥j. decoq. in Aq. & Vini rub. aſtringentis ā ℔iij. ad tertiæ partis conſumptionem: col. diſſol. Aluminis ℥ſs. Sacch. Saturni ʒij. m.

Non ſolùm in hoc affectu; ſed etiam in



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0125-6

immoderatâ Menſium profuſione; Diarrhœâ; & Inflammationum initio valdè prodeſt; mirificè enim Aſtringit, & Repellit.

*Fotus ad Inflammationes* ℔iiij.

℞ Rad. Alth. Lil. alb. ã ℥iſs. Herb. Malvæ, Verbaſci, Hyoſcy. Flor. Sambuci. Chamæm. Melil. ã Mj. Sem. Lini, Fœnugr. ã ʒvj. decoq. in Aq. ℔vj. ad ℔iv. col,

Emolliens, & Anodynus eſt. Proximè ſubſequenti viribus æquivalet; niſi quòd non tàm valentèr diſcucit.

*Fotus Lateralis* ℔iiij.

℞ Rad. Alth. Capit. Papav. albi (ſciſs. & cum Semin. contuſ.) ã ℥ij. Sem. Lini, Fœnugr. Cymini, Bac. Lauri ã ℥j. Herb. Malvæ, Matrica. ã Miij. Fl. Chamæm. Mij. coq. in Aq. ℔viij. ad iv. col.

Emollit, Diſcutit, Dolores ſedat. In ſpuriâ externâ, pituitoſâ, vel flatulentâ Pleuritide, ubi Inflammatio non adeſt magna; multum opis præſtare certum eſt: Fibrillas enim rigidè tenſas relaxat; Spiritus dolorifice agitatos conſopit; Pituitam attenuat; Flatus diſcutit, & materiam nocivam aggeſtam partim Circulationi reddit; partimquè per Diaphoreſin foràs eliminat. In verâ autem, internâ, furenti Pleuritide, cruento ſputo, & magno ferocientis ſanguinis affluxu, ſtipatâ; hujuſmodi fotus plus nocumenti quàm emolumenti, ſolet afferre: quippe Affluxum, & Inflammationem adauget.

*Fotus*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0126-2

### *Fotus Pacifici* ℔iiij.

℞ Fol. Vitis, Salicis, Herb. Lactucæ ā Mij. Flor. Nymph. Roſ. rub. ā Mj Capit. Papav. alb. (cum Sem.) ℥ij. coq. in Aq. ℔viij. ad medias, col. diſſol. Opii ʒij. Cum Spongiâ tepidè uſurpetur ad Frontem, Tempora, totum Caput, & Pedes.

In uſum duci meretur, ubi non omninò tutum foret Hypnotica per os exhibere; in Febribus ſcilicet impetuosè æſtuantibus, cum Capitis fervore, & dolore pulſatili, Vigiliis pertinacibus, & Delirii metu: Molli enim mulcimine; blando calore; & humiditate leni, ſuccos acres, & bullientes, humectat, mitigat, compeſcit; nec non per Diaphoreſin, aut Circulationem è Capite derivat: Spiritus laceſſitos in quietem diſponit; Somnumque placidum allicit. In Febribus verè malignæ proſapiæ, ubi Spiritus à veneno oppreſſi, & titubantes, ægrè ſe compoſitis ordinibus ſuſtinere ſufficiunt; & vel Convulſionibus ſuccumbere periclitantur, & ferè perimuntur; Cane pejus & Angue vitandum eſſe moneo.

### *Fotus Podagrici* ℔iiij.

℞ Herb. Camæpit. Abrot. ā Miv. coq. in Aq. ℔vj. ad ℔iv. col. diſſol. Sal. Tart. Sal. Armon. ā ℥ij. m.

Tonum partis conſervat, & roborat, Spirituum (in fibrillis ſcatentium) irritationem, ſivè excandeſcentiam compeſcit: Sales Arthriticos aut amplectendo foràs educit; aut præcipi-

cipitando, ab efferveſcentiis dolorificis ſupprimit. Minimè interim Repellit: Repellentia enim in hoc Affectu ſunt nonnunquam longè periculoſiſſima; in quantùm materiam morbificam ad Ventriculum, vel Cerebrum adigere poſſint.

### *Fotus Sambucini* ℔ij.

℞ Fol.(vel tempore hyberno, Cort. inter.) Sambuci Miiij. coq. in Aq. ℔iij. ad ℔ij. col. diſſol. Sapon. vulg. ℥j. m.

Maximæ eſt efficaciæ, & ſpecificæ virtutis ad Eryſipelas, illud enim potentiſſimè refrænat, & ſubigit. Ubi verò cuticula eroditur, vix in uſum adduci poteſt, propter Dolorem quem excitabit ſummè acrem, & ægre ferendum.

### *Fotus Scorbutici* ℔ij.

℞ Herb. Chamæpit. Hyoſcy. ā Mij. Cort. Winter. ℥ſs. Rad. Raph. ſylv. & Lumbric. terreſt. (ſub finem addit) ā ℥ij coq. in Aq. Calc. ℔iij. ad ℔ij. col. adde Sp. Cochl. ℥ij. Opii ʒj. m.

In doloribus fixis Scorbuticis plurimum poteſt: ſiquidem Tonum partis conſervat; Spiritus laceſſitos conſopit; Salium ſpicula diffringit; Ichoremque acrem, per effluvia, aut ſudores, evaporare cogit.

### *Fotus Spleneticus.*

℞ Fol. Nicotianæ ſic. ℥j. f. Infuſ. calida duas horas in Aq. ℔iiij. col. frig. diſſol. Gum.

Am-

Ammon. ℥ſs. foveatur Lienis regio ſtuphis laneis huic col. calid. intinctis, & expreſſis.

*Fotus Stomachici* ℔ij.

℞ Vini rub. ℔j. Spir. Vini commun. Aceti Vini ā ℔ſs. Abſinth. Menth. ā Mſs. Rad. Biſtortæ ℥ſs. Cort. Granat. ʒij. Garyoph. Mac. Nuc. Moſc. Cinnam. ā ʒj. Ther. Ven. ℥ſs. macerentur clausè in Baln. Mar. duas horas; & colatura uſurpetur ferventiſſima.

Nobile hoc eſt planè remedium, eximiè confortans, calefaciens, & corroborans; atque uſurpari benè poteſt, ad Stomachi flacciditatem, frigus, dolorem, flatus, nauſeam, vomitum, appetitum proſtratum, coctionem læſam; Porrò etiam ad Diarrhæam, Hypercatharſin, & Dyſenteriam.

*Fotus ad Tympanitim* ℔ij.

℞ Nitri ℥ij. Sal. Armon. ℥j. Spir. Vini tenuioris, multo phlegmate imbuti ℔ij. m. & diſſolve in vitro.

Pannus laneus huic tepidè intinctus, ſuper totum Abdomen applicetur, & ſubindè mutetur, denuò intingendo: fiat bis in die per horæ ſemis: dein applicetur Cataplaſma ex fimo Vaccino, & pulv. Stercoris canini.

*Frontalis* ℥iij.

℞ Pul. Maſtiches, Thuris ā ʒij. Cretæ, Farinæ Fabar. ā ℥ſs. Alb. ov. conquas. Ol. Roſ. ā ʒvj. Aceti q. ſ. m. in Emplaſtri formam.

Ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0129-2

Adhibetur in Affectibus Oculorum Rheumaticis; idquè tùm Præſervationis, tùm Curationis ergò: ſtrictim enim adhærendo, carneoſquè tubulos firmiter comprimendo & conſtringendo, humorum defluxum inhibet. Namque ſciendum eſt, partes circa Oculos ita & fabricâ, & ſitu conſtitui, ut quicquid humoris, aut è Pericranio, aut Muſculis vicinis depluit, recipere aptæ ſint. Imò (quod mirum, ſed) non inuſitatum eſt, ex Capitis contuſione lituram lividam ſub oculis reſidere, & figi.

*Gargariſm Anginoſi* ℔ij.

℞ Herb. Aquileg. Mij. Cort. inter. Ulmi ℥j. Fung Samb. Glycyr. Alb. Canis ā ℥ſs. coq. in Aq. ℔iiſs. col. ℥xxvj. diſſol. Sal. Armon. ʒij. Syr. è Rubo Idæo, Mel. Roſ. ā ℥iij. m.

Gutturis Muſculos inflammatos, ad crepaturam ferè turgidos, arefactos, & combuſtos; humectat fovet, & emollit: Glandulas, Ductuſque Salivales, extùs mucagine obductos detergit; intuſquè phlegmate infarctas aperit. Ubi verò multùm peccat pituita viſcida, & Glandulæ magis quàm Muſculi laborant, ad potentius attenuantia, & educentia neceſſe eſt ut perveniamus.

*Garg. Communis* ℔j.

℞ Aq. Plant. ℥x. Aq. Roſ. rub. ℥iij. Syr. Moror. ℥ij. Mel. Roſ. ℥j. Ol. Vitrioli q. ſ. ad aptam aciditatem. m.

In Febribus, ad Os eluendum, mundandum, refrigerandum; Sitimquè fallendam.

*Garg.*

*Garg. Detergentis* ℔j.

℞ Succi Pomorum Agreſtium ℥xij. Syr. è Rubo Idæo ℥iv. m.

Viſcoſitatem craſſam, & amurcam ſordidam, Linguæ & Faucibus adhærentem detergit: Oris & Gulæ ariditatem humectat, & Fervorem refrigerat: Salivæ ſalſedinem, & acorem corrigit; Sitimquè extinguit. Quoties vero affectus in Eroſiones, Aphthas, aut Ulcuſcula degeneraverit; vix poteſt (ob dolorem quem concitabit) perferri: atque tunc omninò Refrigerantia, Humectantia, Mucilaginoſa, & Aſtringentia in uſum adſciſci debent.

*Garg. Emollientis* ℔ij.

℞ Rad. Alth. Glycyrrh Hord. perl. ā ℥j. Furfuris macri in nod. lig. Mj. Cort. inter. Ulmi, Gum. Arab. ā ℥ſs. Fic. Nº viij. Coq. in Aq. ℔iij. col. ℥xxviij. diſſol. Syr. Jujub. Alth. ā ℥ij. Lohoch ſan. ℥ſs. m.

Utimur contra Inflammationem, Siccitatem, Aſperitatem, Scabritiem, Rimas & Fiſſuras, in Febribus Linguam & Fauces exſiccantibus, quaſi comburentibus, & affligentibus.

*Garg. Lævigantis* ℔j.

℞ Rad. Conſolidæ maj. ℥ij. Gum. Arab. ℥j. coq. in Aq. Hord. ℥xx. col. ℥xij. adde Aq. Roſ. rub. ℥j. Syr. Alth. ℥iij. m.

Vi-

Viribus certat cum ſuperiori; minùs autem Digerit; magis tamen Refrigerat.

*Garg. ad Linguæ ardorem* ℔j.

℞ Aq. Plant. ℥viij. Aq. Roſ. rub. ℥iv. Album. Ov. conquaſſ. N° iv. Sal. Prunel. ℈iv. Syr. Alth ℥iv. m.

Linguam, Fauces, vicinaſquè partes moleſtè calentes, Refrigerat; arefactas Humiditate & Lentore imbuit; Humorumque acrium affluxum modicè Repellit.

*Garg. Myrrhiſatum.*

℞ Vini rub. aſtringenlis ℔j. Myrrhæ pul. ʒij. m.

Detergit, Aſtringit, Repellit, Siccat, Sanat. Ad Gingivas tumeſcentes, fungoſas, flaccidas, ſanguinolentas, eroſas, & putridas: Ad Oris ſordes & fœtorem: & ad Faucium, & Gulæ Ulcera (licet Venerea) præſtantiſſimum habetur Diaclyſma. Porrò in Nares injici, vel attrahi poteſt, ſummo cum emolumento, ad Ozænam; ubi materia putrida Oſſium ſpongioſorum Cavernulis hoſpitans, teterrimi odoris effluvia exſpirat.

*Garg. Paralytici* ℔j.

℞ Vini albi ℔ſs. Sinap. confect. ℥ij. Aq. Satureiæ (vel Thymi) ℥iiij Mel. Roſ. ℥ij. Aceti parum. m.

Loco Aq. Satureiæ (ſi non præſto fuerit) ſubſtitui poteſt Decoct. Saſſaph.

*Garg.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0132-4

### *Garg. ad Pituitam* ℔j.

℞ Aq. Hyſſopi ℥x. Spir. Vini rectif. ℥j. Spir. Cochlear. ℥ſs. Spir. Caſtor. ʒij. Spir. Sal. Armon. ℈iv. Pul. Rad. Pyrethri ʒj. Mellis ʒiv. m. uſurpetur frigidè.

Attenuando, Incidendo, Vellicando, & Irritando, Salivam, & Phlegma viſcoſum e Glandulis, & Oris emunctoriis, validiſſimè prolicit, & evacuat. Ideoque locum jure vendicat, in Affectibus Capitis pituitoſis, frigidis, & diuturnis: In Morbis torpidis, & ſoporoſis: In Lethargo, Cephalalgiâ gravativâ, Linguæ Paralyſi, Dentalgiâ, Uvulæ elongatione, Tonſillarum tumore, Anginâ. Neque metuendum erit ne Inflammatio incepta hujuſmodi acrium adhibitione magis augeatur; ſiquidem illius cauſa, (magnam partem,) eſt Pituita craſſa, & lenteſcens hiſce partibus ſpongioſis impacta, quæ ſanguini obicem ponens, curſumque ejus inhibens, inundationem inflammatoriam producit. Ideoque in iſtius ſtagnantis, & obſtruentis Pituitæ, eliquatione, & eductione, veram hujus affectûs (ſc. Anginæ) curationem plurimùm conſiſtere, certiſſimum eſt.

### *Garg. Prunellorum* ℔ij.

℞ Corticum Prunellorum ſylveſt. ʒij. coq. in Aq. ℔iiſs. col. ℥xxiv. diſſol. Alum. ℈iv. Aceti ʒij. Mel. Roſ. ℥vj. m.

Fortiſſimè Aſtringit; Gingivarum laxitatem corrigit, Putredinem arcet, Fœtorem tollit, Eroſionem reſarcit: Sanguinis eruptionem in-

hibet; Dentes firmat, illoſquè regeneratâ carne obducit: Oris Ulcera ſanat; Mephiticumquè anhelitum emendat: Glandulas ſalivales nimiùm diſtentas conſtringit, & contrahit; atque eo modo, & Pituitam inſluxam exprimit; & ulteriorem ejus immodicum affluxum prohibet. Sin verò ejuſmodi fuerit rei ſtatus, ut Pituita Glanduloſa in tantùm craſſeſcat, ut Conſtringentium ope exprimi prorsûs nequeat; tunc ad potenter Incidentia, & Vellicantia (quale eſt Garg. ad Pituitam) confugiendum erit.

*Garg. de Pyrethro ℥x.*

℞ Rad. Pyreth. ℥ſs. Sem. Papav. albi, Hyoſcy. ā ʒij. Garyoph. ʒſs. Vini albi ℔ſs. Aceti ℥iv. coq. ad ℔ſs. & col. adde Spir. Vini ℥ij. m.

Partes vellicando, & Pituitam craſſam eliquando, ſtagnantemq; dimovendo, illam, (una cum ſero acri.) è Gingivis, Glanduliſquè potenter educit: Dein Spiritus irritatos placando, dolorificeque invicem allidentes conſopiendo, cruciatùs ſenſum extinguit: Tandemque calorem partibus ſuffundendo, Tumorem diſcutiendo, Tonumquè reparando, ulteriorem humorum affluxum prohibet. Atque ità nobile, & adæquatum eſſe Odontalgiæ remedium Ratio ſuadet; cui etiam & Experientia nunquàm non ferè ſuffragatur.

*Garg. Refrigerantis ℔j.*

℞ Aq. Plantag. Sperm. Ranar. Flor. Samb. ā ℥iv. Aq. Roſ. rub. ℥ij. Album. Ovor. (in aquam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0134-6

aquam agitando redact.) N° iv. Sacch. alb. ℥j. m.

In Febribus ardentibus gratiſſimum eſt; atque ad Linguæ fervores, ariditatem, aſperitudinem, & eroſionem commodiſſimum.

*Garg. Roſati* ℥x.

℞ Fl. Roſ. rub. ſicc. ʒiij. Balauſt. Cort. Granat. ā ʒij. Bac. Myrt. Boli pulv. Ter. Japan. ā ʒj. Alum. ℈j. coq. in Aq. Plantag. Vin. rub. auſteri ā ℥vj. col. ℥viij. diſſolv. Mel. Roſ. col. ℥ij. m.

Ad amurcam viſcidam Linguam oblinentem; & Glandularum ſalivalium laxitatem.

*Garg. Scorbutici* ℔ij.

℞ Rad. Rub. tinct. ℥j. Pyreth. Cort. Wint. ā ʒij. Herb. Periclym. Salv. Sanic. Aquileg. ā Mj. coq. in Aq. Calc. ℔iiſs. col. ℥xxviij. adde Spir. Cochl. ℥ſs. Mel. Roſ. ℥iv. m.

Gingivas, Oriſque partes à Sanguinis, & Salivæ ſordibus (quæ corruptelam, putredinem, fœtoremque Scorbuticis inferunt) liberat; Ulcuſculaque indè ortum trahentia ſiccat, & ſanat.

*Garg. Varioloſi* ℔ij.

℞ Hord. Glycyrrh. ā ℥ſs. Rad. Alth. Viciarum ā ℥j. Fic. N° xij. Fung. Samb. Mj. coq. in Aq. ℔iiſs. col. ℥xxviij. diſſol. Oxym. ſimpl. & Mel. Roſ. ā ℥ij. m.

Partes Oris, & Gulæ inflammatas, diſtentas, rigidas, arefactas, aſperas, & dolentes,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0135-2 DFG

Emollit, humectat, lenit; Puſtulas innaſcentes maturat; Salivationemquè adjuvat. Sub Declinationem verò Variolarum Confluentium cum Ptyaliſmus jam imminuitur; ſi evenerit ut Saliva eouſquè ſit excocta, & viſcida, ut Suffocationis periculum inferat; Tunc ad potenter attenuentia, & irritantia devenire neceſſitas poſtulat: Tale eſt illud ad Pituitam ſuprà deſcriptum; atque inter ejus uſum, Spiritus Sal. Armon. proportio vel augenda, vel minuenda erit, tùm pro rei ipſius exigentiâ, tùm & ægrotantis tolerantiâ.

### *Garg. de Vite* ℔j.

℞ Fol. Vitis, Herb. Salv. Veronicæ fæm. Pentaphyl. Ocul. Rubi ā Mſs. coq. in Aq. ℔iſs. ad ℔j. col. adde Alum. ʒiſs. Aceti, Mellis ā ℥ij. coq. iterùm & deſpuma.

Optimè Refrigerat, eluit, detergit, aſtringit, putredini reſiſtit, ſordes emungit, Oriſque fætorem emendat. Locum meretur tàm in Febribus, quàm Scorbuto. Atque hic obiter notem. Alumen, & ejuſmodi Auſtera nullo modo Salivales ductus occludere; aut Salivæ exitum inhibere; ſed è contrario (quia Glandulas ſtringunt & contrahunt) multùm promovere; quod cuilibet experienti liquidò patebit.

### *Garg. pro Uvulâ* ℔ij.

℞ Herb. Aquileg. Miiij. Flor. Roſ. rub. ſicc. Balauſt. ā Mſs. Pip. longi ℈iv. Myrrhæ ʒij. coq. in Aq. ℔ij. & Vini albi ℔ſs. col. ℥xxvj.

℥xxvj. adde Sp. Vini, Syr. Moror. & è Rubo Idæo ā ℥ij m.

Ad Uvulæ, Tonſillarum, Muſculorum Faucium, Laryngis & Pharyngis infarctionem, tumorem, & inflammationem conſultiſſimè præſcribitur. Partim enim attenuando, & exprimendo, pituitoſam illuviem aggeſtam evacuat: atque dein, Glandulas ſpongioſas, tumidas, & tenſas in minus ſpatium contrahendo; adquè naturales limites & craſin reducendo, ulteriorem ad partes affluxum optimè præſcindit.

Hic ut quæ ſparſim & laxiùs ſuprâ explicui, in Synopſin contraham, de Gargariſmorum ſpeciebus ſecundum Intentiones medicas ſcitè eligendis, has ponam Regulas.

1. Si Materia admodum craſſa, & tenax è Glandulis ipſis ſit educenda; tunc Sp. Sal. Armon. Acria, & Irritantia in uſum adſciſci debebunt.

2. Si minùs ſit Viſcida, & tamèn ſtagnat propter fungoſam Glandularum laxitatem; Auſtera hoc officio fungentur.

3. Si lenteſcens amurca Linguam & Fauces ſpiſſè oblinat; Acida, & Detergentia expetentur.

4. Si partes ſint excoriatæ, irritabiles, & arefactæ: Mucilaginoſa, & Emollientia commodiſſime præſcribentur.

5. Si deniquè ob Sanguinis ebullitionem, partes Muſculoſæ inflammentur; Emollientia rem conficient.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0137-3 DFG

### *Hauſtus Alexipharmacus.*

℞ Aq. Lact. Alexit ℥iij. Epidem. Pæon. comp. Garyoph. de Croco ā ʒij. Diaſcord. ℈ij. Lap. de Goâ ℈j. m.

In Febribus mali moris, Spiritus collapſos erigit, & ſuſtentat; Malignitati adverſatur; è Centro corporis ad Circumferentiam pellit; & Sudorem ciet. Propinari poteſt, juxta rei exigentiam, ſextis, vel octavis horis.

### *Hauſtus Amarus.*

℞ Aq. Card. ben. ℥ij. Ment. Cinnam. fort. ā ʒij. Gent. comp. ℥ſs. Pul. Serp. Virg. ℈j. m.

Iiſdem inſignitur virtutibus ac Decoctum Sacrum, quod vide. Inſuper Ventriculum roborat; Vomitionem ſedat; & vermes enecat.

### *Hauſtus ad Arenulas.*

℞ Succi Petroſelini ℥iſs Sp. Vini com. ℥ſs. Ol. Aniſi gut. ij. Sacch. alb. ʒij. m.

Urinam ciet; Saburram pituitoſam, Tartarum granulaſcentem, & Arenulas quam potentiſſimè expellit. In grandiori verò Calculo, ab hujuſmodi valenter provocantibus, omnimodè abſiſtendum erit; Nè, ſi in Rene ſit, eum in Ureterem fortitèr impellant, ejuſq; canalem (quaſi Epiſtomio) ſtrictim obturent: atq; ità Suppreſſionem Urinæ funeſtam inferant. Si in Veſicâ, nè Mucum viſcidum (qui Calculum craſſè obvelat, illiuſq; aſperitates, quaſi Thecâ, mollitèr recondit) eluant;

eluant; atq; etiam Calculum ipſum fortiùs exagitent; è nido, ubi quietus latuit, deturbent; dirumq; trucemq; Paroxyſmum peſſimè excitent.

### *Hauſtus Aſtringens.*

℞ Aq. Plantag. ℥ij. Ment. ℥ſs Cinnam. fort. ℥j. Syr de Mecon. ʒvj. Nuc. Moſc. gut. j. Diaſcordii ʒſs. Boli ℈j. Balauſt. ℈ſs. m.

Ventriculum, & Viſcera confortat; Inteſtinorum tonum revocat, eorum lubricitatem emendat; & importunum motum dejectorium reprimit: His adde, quòd Spiritus exacerbatos pacificat; Humorumquè, & Vaporum radios à Centro ad corporis Circumferentiam pellit; & exindè foras ablegat.

### *Hauſtus Bechicus.*

℞ Gum. Arab. pul. ʒſs. diſſolve ſuper ignem in Aq. Scabioſæ, & Aq. Cinnam. hord. ā ℥iſs. dein adde Mithrid. Diaſcord. ā ℈j. Lohoch. ſan. ʒj. Diacodii ℥ſs. vel. ʒvj. m.

Serum acre, irritans, è Glandulis in Laryngem ſuffundi ſolitum obtundit, incraſſat, & cohibet; partes exquiſitè ſenſiles leni mucore defendit; Somnum ſuaviter acceſit; Sanguiniſquè recrementa lymphatica per Diaphoreſin exterminat; Ideoque omnimodè appoſitum eſt remedium ad Tuſſim veſpertinam, à frigore ſuſcepto ortum ducentem, & inter ducumbendum in lectum, inclementer divexantem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0139-7

### *Hauſtus Camphoratus.*

℞ Camph. (aliquibus guttis Ol. Amygd. dul. ſol.) gr. viij. Aq. Papav. err. ℥iij. Syr. Alth. ʒvj. Sacch. Saturni gr. ij. m.

Ad Urinæ ardorem, & ſtillicidium (vel ab Epiſpaſticis, vel Sero acri ortum) mùltùm laudatur. Etiam (ut audivi) ad Micturitionem (periculoſum illud in Variolis Symptoma) Remedium eſt celebratu digniſſimum.

### *Hauſtus Cardiacus.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. Lact. Alexit. ā ℥j. Menthæ ʒj. Epidem. Pæon. comp. ā ʒij. Confec. Alkerm. ℈j. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. Syr. Garyoph. ʒiij. m.

Ad Spirituum lapſum, languorem, & deliquium.

### *Hauſtus ad Caſum.*

℞ Vini Canar. ℥iv. Ol. Terebint. gut. x. Terræ ſigill. Sang. Drac. pul. ā ℈j. Sacch. alb. ʒij. m.

Acorem abſorbet; Sanguinis miſturam conſervat; characterem balſamicum conſolidantem eidem imprimit; & Hæmorrhagias internas ſiſtit.

### *Hauſtus ad Catarrhum.*

℞ Aq. Tuſſilag. ℥vi. Sacch. candi albi ʒvj. Vitel. Ov. N° ij. probè conquaſſata, igni admove-

moveantur, agitentur, commiſceantur, & lectum petenti propinentur.

In Tuſſi (ut ità dicam) Gutturali, Catarrhali, veſpertinà, à frigore ſuſcepto ortum ducente; quæ ſpeciatim inter decumbendum in lectum repetit, atque importunè concutiendo, quietemque prohibendo miſerè quidem affligit; hicce hauſtus multùm auxiliari ſolet. Laryngem enim dulci mucagine adeò munit, ut Seri acrioris, & irritantis aculeos non ſentiat; atque ità Tuſſim prorogat, & horam fallit, donec ſomnus obrepat, & Tuſſiendi tempus tandem elapſum ſit.

In Tuſſi verò Pectorali, quæ profundius radices egerit; & à ſanguine pituitoſo fæculentias craſſas Pulmonibus ſuffundente dependet, pernicioſus eſſe videtur nimiùm liberalis Saccharatorum uſus; quia Cruoris maſſam fæculentiorem reddit; Bronchia infarcta graviori ſaburrâ infarcit; putredinalemq; diſpoſitionem Fibris inducit.

In Inſulâ Sancti Thomæ, ſub Æquatore (inquit Garencieres) molunt cannas Saccharinas; & quod ſupereſt expreſſo ſucco objiciunt Porcis; qui indè dicuntur in tàm miram Teneritudinem pingueſcere, ut de bonitate, cum Capis Hiſpanicis certent; denturq; ventriculis invalidis. Undè colligere eſt, quòd ſi Saccharum ea vi, & facultate polleat, ut Suillarem (omnium ferè carnium tenaciſſimam) ad tantam teneritudinem adducat; eadem prorſùs ratione Corruptelam, & Sphacelum in Pulmonibus accelerabit; cùm ipſi ſint mollis, & ſpongioſæ ſubſtantiæ; & Stipticis, Aſtringentibuſq; conſerventur.

### *Hauſtus Cephalicus.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iij. Pæon. comp. Syrup. Pæon. comp. ā ℥ſs. Tinct. Caſtor. gut. xxx. Laud. liq. gut. xv. Cinnab. Antim. ℈j. m.

In Morbis Convulſivis Idiopathicis, qui ordiuntur primariò in Cerebro ipſo, vel Nervis (ob copulam heterogeneam Spiritus animales in exploſiones adigentem) ſummoperè conducit. In Sympatheticis verò, qui à merâ Irritatione (propter humores acres alicubi in viſceribus deliteſcentes, Vermes, aut Dentitionis cruciatus) excitantur, licet aliquid boni (ad præſentem ſcilicet exploſionem difflandam) apportet; Remedia tamen principalia aliundè (pro cauſarum varietate) eſſe deſumenda, nemini non liquidò ſatis manifeſtum eſſe poteſt. Ad Curationem propinetur (ſi quo modo poſſit) in ipſo Paroxyſmo; vel ſtatim eo finiente. Ad Præcautionem, veſperi per triduum ante Lunationum tempora.

### *Hauſtus Conſolans.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥ij. Ment. Roſ. Damaſc. Naphæ, Cœleſt. ā ʒj. Cinnam. fort. Pæon. comp. ā ʒij. Confec. Alkerm. Pul. è chel. canc. comp. ā ℈j. Ol. Garyoph. gut. j. Syr. Garyoph. ʒiij. m.

Spiritibus lapſis, & decumbentibus fortiter ſubvenit. In Virium dejectione, Leipothymiâ, & Cordis palpitatione plurimum poteſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0142-0 DFG

### *Hauſtus è Cynogloſſo.*

℞ Succi Cynogl. ℥ſs. Aq. Papav. err. ℥iſs. Sacch. ʒij. Ol. Aniſi gut. j. m.

### *Hauſtus Diaphoreticus.*

℞ Aq. Card. bened. ℥iiſs. Epidem. Theriacal. Syr. de Mecon. ā ℥ſs. Antimon. Diaphor. ℈j. Ther. Androm. ℈ij. m.

Certius, jucundius, & potentius Diaphoreticum, vix erit facile forſan cuipiam invenire. Opiata enim Sudoriferis optimè ſociantur, quia Sudoris evacuationem plurimùm adaugent, atque laſſitudinem & moleſtiam ægris prohibent: Dein Cardiaca & Volatilia Opiatis benè adjiciuntur, quià Spiritus, nè Narcoticæ plagæ ſuccumbant, opportunè ſuſtentant.

Antimonium Diaphoreticum cum Spiritu Nitri, vel Ol. Vitrioli inſignitèr effervefcit; undè non videtur futilis præparatio, proùt a Calcinatione, & Ablatiòne ejus inter præparandum requiſitis ſeducti, aliqui opinati ſunt.

Si Antimonium Diaphoreticum (inquit Hofman.) optimè paratum fuerit, ità ut multum de Terrâ Nitroſâ participet; ultra plures Annos, abſq; ullâ noxa ægrotis propinari poteſt. Secùs autem, ſi Sulphur Antimonii in eo excedat, ut a Nitro non debitè calcinatum fuerit; tunc manifeſtè tractu temporis Aeri expoſitum pravam, & malignam iterum induere poteſt naturam, quæ per vim Emeticam utplurimum ſe exſerit: Ad quod evitandum ritè præparari debet.

### *Hauſtus Diureticus Acidus.*

℞ Aq. Raph. comp. ℥iſs. Spir. Vini Gall Succi Limon. ā ℥ſs. Syr. Viol. ℥j. m.

Sitim tollit, Bilem temperat; Saliùm acores corrigit; Sanguinem refrigerat, fundit, liquat, Serumquè ejus copiosè ſecernit: Pituitam lentam incidit, attenuat, detergit; Urinam ciet; & Arenulas evacuat. Convenit ubi adeſt Temperamentum calidum, Scorbuticum, Febrilis diſpoſitio; atque ubi Pituita vel Viſcida, vel Glareoſa Renes, aut Veſicam (abſque Inflammatione, Ulcerevè) obſidens, Urinæ curſum inhibet.

### *Hauſtus Diureticus Oleoſus.*

℞ Vini albi ℥iv. Ol. Amygd. dulc. ℥j. Ol. Terebint. gut. xx. Sacch. albi ℥ſs. m.

Urinam, & Sabulum potenter expellit; & maximè commodus eſt, ubi Renes, Ureteres, aut Veſica ſunt (ſine magnâ tamen Inflammatione) excoriatæ, vel Ulceratæ. Item in Paroxyſmis Arenuloſis (non autem Calculoſis) ubi Urina eſt admodùm limpida, vel nigra & turbida, vel Sanguinea, vel chyloſa, aut purulenta.

### *Hauſtus Febrifugus.*

℞ Aq. Card. ben. ℥iij. Theriacal. ſtill. Syr. de Mecon. ā ℥ſs. Diaſcord. ʒſs. Sal. Abſint. ℈j. Sp. Sal. Armon. gut. xv. Ol. Garyoph. gut. j. m.

Aſſumat æger horam unam ante expectatum

Pa-

Paroxyſmi acceſſum; & lectum petens Sudorem quoquo modo ſollicitet; & duas horas perferat. Subſidio eſt in Febribus Intermittentibus; præſertim ubi Algor, Rigor, & Horror ſæviùs invadere, & longum durare ſolent.

*Hauſtus Febrifugus Riverii.*

℞ Aq. Cichorii ℥iij. Sal. Abſint. ʒſs. Sp. Vitrioli gut. xx. m.

Hauriatur horam unam ante Paroxyſmum in lecto, Sudorem provocando, & expectando: Atque ante ſubſecuturos Paroxyſmos repetatur, donec Febris tandem extinguatur. Eſt profecto Remedium minimè contemnendum, ad Febres Intermittentes Vernales.

*Hauſtus contra Fluorem.*

℞ Alb. Ov. N° j. conquaſſato adde Aq. Cinnam. fort. ℥iſs.

Si ſumatur mane & veſperi quotidiè, Fluorem album coercere, & Lumbaginem ejus comitem alleviare potis eſt. Semper verò abſtinendum eſt ab ejus uſu, appropinqantibus Menſtruorum recurſibus.

*Hauſtus Hæmoptoicus.*

℞ Aq. Plantag. ℥iv. Aceti, Syr. è Symphyt. ā ℥ſs. Album Ovi conquaſſ. N° j. m.

Hoc reverâ Nobile, Expertum, & Parabile remedium, Sanguinem bullienter proſilientem potenter refrigerat, incraſſat, & refrænat: Vaſorumquè aperturas conſtringit, occludit, & conſolidat.

*Hau-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0145-7

## *Hauſtus Hydragogus.*

℞ Gum. Gamand. Crem. Tart. pul. ā g. xiv Ol. Junip. gut. iij. diſſolve diligentèr in Mortario in Vini albi ℥iij. addendo Sacch. albi ʒiſs. m.

Vide Pil. Hydrag.

## *Hauſtus Hyſtericus.*

℞ Aq. Puleg. ℥ij. Bryon. comp. ʒiij. Tinct. Caſtor. ʒj. Succi Rutæ ℥ſs. Syr. de Artemiſ. ℥j. m.

Exhiberi poteſt ante, inter, vel immediatè poſt Paroxyſmum.

## *Hauſtus Japonicus.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥ij. Syr. è Roſis ſicc. ʒij. Ter. Japan. pul. ℈j. Sacch. Saturni gr. iiij. Ol Cinnam. gut. j. Laud. liqu. gut. xx. m.

Mirificis pollet virtutibus contra Sanguinis Vomitum, Hæmoptoen, Menſium profuſionem, & quaſcunque internas Hæmorrhagias.

## *Hauſtus Lacteus.*

℞ Vitel. Ov. N° j. Sacch. candi rub. ʒvj. Aq. Roſ. rub. ℥j. Lactis ℥iv. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. optimè commiſceantur.

Sumatur manè pro Jentaculo, & Veſperi pro Cœnâ, quotidiè per longum tempus; ad Febrem Hecticam, Sudores nocturnos, & Atrophiam, non à Pulmonum ulceratorum, ſed

ſed à Sanguinis ipſius acris, & fermenteſcibilis, vitio, ortam.

*Hauſtus Nitroſus.*

℞ Aq. Papav. errat. ℥iij. Sal. Prunel. ʒj. Syr. Viol. ℥j. m.

Sanguinem refrigerio perfundit ejuſque lentorem incidit, & Obſtructiones, Inflammationeſquè indè natas excutit, & extinguit; Sitim ſedat; Urinam movet. Valet præcipuè contra Pleuritidem, Peripneumoniam, & Febres Inflammatorias malignitatis expertes.

*Hauſtus Oleoſus.*

℞ Ol. Lini (non rancidi) ℥iij. Ol. Aniſi gut. iij. Syr Capil. Ven. ℥j. Spir. Sal. Armon. gut. xij. m.

Ad Pleuritidem (cum cruento ſputo) Peripneumoniam & Aſthma (Venæ ſectionibus debitis non neglectis) ἄριστον

Ab aſſumpto Oleo, horam abſtineat æger à quibuſcunq; Liquoribus: ſecùs enim Oleum illis ſupernatans in Ventriculo, Nauſeam excitabit; exindeq; per Vomitum rejicietur.

*Hauſtus Paregoricus communis.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iiſs. Aq. Epidem. Cinnam. fort. ā ʒij. Syr. de Mecon. ʒj. m.

Frequentiſſimi uſûs eſt, ad Dolorem pacandum, & ſomnum conciliandum.

*Hau-*

*Hauſtus Paregor. Refrigerans.*

℞ Aq. Papav. Rhæad. ℥ij. Aq. ſperm. Ranar. Syr. Limon. ā ℥j. Laud. liq. gut. xxv. m.

Ad eoſdem uſus; præcipuè ubi datur Febris, & Sitis.

*Hauſtus Peruvianus.*

℞ Aq. Card. ben. ℥ij. Aq. Equidem. Syr. Garyoph. ā ʒij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. Pul. Cort. Peruv. ʒj. m.

Gratiſſimus hic modus eſt exhibendi Corticem ad Febres Intermittentes.

*Hauſtus Pleuriticus.*

℞ Pul. Olib. (vel Reſinæ Pini) pulv. ʒj. Vitel. Ov. j. Diacod. ʒvj. Aq. Papav. ℥iſs. Ol. Aniſi gut. ij. Sp. Sal. Armon. gut. xij. m.

*Hauſtus Præparans.*

℞ Vini Rhen. ℥iij. Crem. Tart. pul. ʒj. Syr. è 5 Rad. Oxym. Scill. ā ℥ſs m.

Cap. veſperi purgationem præcedenti, ſi Phlegma viſcoſum Ventriculum & Inteſtina inſtar glutinis oblinat.

*Hauſtus Saccharinus.*

℞ Aq. Roſar. Damaſc. Cinnam. Hord. Sacch. candi rubri ā ℥ij. diſſolve ſuper ignem pro uno hauſtu veſpertino.

Vires æmulatur Hauſtù; ad Catarrhum: Par-

Partibus enim exquiſitè ſenſilibus, & irritabilibus mucorem obducit; eaſque contra Rheumatis injurias defendit: Serum tenue incraſſat; & acre obtundit. Ob enormem verò (quâ ſaturatur) Sacchari quantitatem, minimè debet iis obtrudi, quorum Ventriculus copioſâ phlegmatis viſcoſi ſaburrâ oblinitur, & oneratur.

### *Hauſtus è Salibus volatilibus.*

℞ Sal. volat. CC. ℈ſs. Sal. Succini gr. v. Vini Canar. ℥iv. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Sacch. albi ʒij. m.

Commodiſſima hæc videtur formula, quà minimo cum palati offenſo, aſſumi poſſunt Salia volatilia: atque eſt planè quoddam Sal. Volatile Oleoſum extemporaneè paratum. Spiritus labaſcentes, aut proſtratos exſuſcitat; Sanguinem grumeſcentem diſſolvit; lenteſcentem incidit; ſtagnantem commovet; fæculentum depurat; & Urinam ciet. Utiliſſimè præſcribitur ad Capitis gravedinem; Lethargum; Paralyſin; Leipothymiam; Cordis tremorem; Pleuritidem, & Hydropem.

### *Hauſtus Saponaceus.*

℞ Sapon. Venet. raſ. â ℈ij. ad ℈iiij. coq. in Lact. ℥vj. ad ℥iv. adde Sacch. albi ʒiij. col.

Detur manè, & quartâ pomeridianâ, per quatriduum, vel quintiduum, ad Icterum. Valentiſſimum habetur remedium.

### *Hauſtus Stypticus.*

℞ Aq. Plantag. Sperm. Ranar. ā ℥iſs. Aq. Cinnam. hord. Aceti ā ʒiij. Syr. Nymph. ℥ſs. Croci Martis aſtring. ʒſs. Sacch. Saturni gr. v. m.

Quibuſcunq; Hæmorrhagiis, præſertim Menſium profuſioni; & Sanguinis Vomitui, feliciter medetur.

### *Hauſtus Varioloſus.*

℞ Coccinel. integ. ʒj. coq. in Aq. Lact. Alexit. ℥iiij. diſſol. Diaſcord. à ℈j. ad ʒj. Diacod. ʒvj. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

### *Hauſtus contra Vomitum.*

℞ Aq. Cinnam. fort. Syr. Limon. ā ℥ſs. Sal. Abſinth. ℈j. Ol. Nuc. Moſch. & Garyoph. ā gut. j. Laud. liqu. gut. xx. m.

Expertiſſimum, Utiliſſimum, & raro fallax remedium.

### *Hydrogal. Chartacei* ℔iij.

℞ Chartæ Scriptoriæ optimæ Schedas N° iv. Panes biſcoctos Neapolitanos N° ij. Aq. ℔ijſs. coq. ad ℔iſs. col. adde Lactis ℔iſs. coq. iterum ad ℔ij. adde Nuc. Moſch. raſæ, & Sacch. albi q. ſ. m.

Edulcorat, Incraſſat, Obſtipat: in ſpecie, Sudoribus matutinis, Diarrhææ; & Menſium immodico fluxui laborantibus ſuccurrit.

*Hydro-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0150-4

### *Hydromel. Diuretici* ℔ij.

℞ Rad. Rubiæ Tinct. Fænic. ã ℥j. Petroſel. ℥ij. Bac. Lauri, Junip. ã ℥ſs. Sem. Danel. ſylv. Fænic. dulc. ã ʒij. Coq. in Aq. font. ℔iiſs. col. ℥xxviij. adde Succi Parietar. Mellis ã ℥iiij. percoq. ad deſpumationem.

### *Hydromel Joelis.*

℞ Rad. Zedoar. ℥ſs. Gum. Ammon. (non col.) ʒij. Flor. Sulph. ʒiij. Mellis deſpum. ℥ij. Aquæ ℔j. coq. (non deſpumando) ad ℥xij. ſub finem addendo Croci gr. xij. quando friget, col.

Potentèr admodùm incidit, eliquat, & educit Phlegma viſcidum, ductus pneumonicos inferciens; exindeq; Orthopnæam, & Aſthma humidum inferens. Utrùm verò conveniat in Aſthmate ſicco, convulſivo, febrili, nondùm ſatis habeo perſpectum: ſed veriſimile mihi videtur, quòd in iſto rerum ſtatu, Sanguinem nimis effervefacere, humorum orgaſmum concitare, & conſequentèr Paroxyſmum intendere, poteſt. Patienti ſæpiùs propinetur cochl. j. vel ij.

### 1. *Hydromel. Pectoralis* ℔ij.

℞ Glycyrrh. ℥ij. Paſſul. ſol. expurgat. ℥iv. coq. in Aq. Hord. depuratæ ℔iij. ad ℔ij. col. adde Mellis ℥ij. coq. ad deſpumationem.

## 2. *Hydromel. Pectoralis* ℔ij.

℞ Hord. perl. Paſſul. ſol. exacinat. ā ℥ſs. Fic. N° iv. Rad. Liquirit. ʒij. Enulæ, Ireos Florent. Cal. arom. Herb. Nicot. ſicc. ā ʒj. Tuſſilag. Hed. terreſt. Eryſimi, Saniculæ ā Mi Sem. Fœnic. dulc. & Aniſi (ſub finem addit.) ā ʒij. f. decoct. in Hydrom. ſimpl. ℔iij. ad ℔ij. col.

Æquè ferè incidit, & Expectorat, ac ſuperius illud Joelis: ſed inſupèr, validiùs Emollit; Lubricat; Digerit, & Maturat. Uſui erit benefico in Tuſſi profundâ, & laborioſâ; quandò ſcilicèt Thoracis intimi receſſus crudâ, lenteſcentiq; Pituitâ obſerciuntur, & aggravantur. In Catarrho autèm febrili, tenui, & acri, per glandulas gutturales perpetim depluente, omninò noxium eſſe reperietur; propterèa quòd Humores nimiùm fundendo, calefaciendo, & tumultuariè exagitando, Affectum certò certiùs plurimum augebit. Dentur ℥iij. calidè tèr in die.

## *Hydromel. Simplicis* ℔iiij.

℞ Aq. puræ font. ℔iv. Mellis ℔ſs. coq. ad perfectam deſpumationem.

Aliqui parant cum Aquæ ℔v. & Mell. ℔j.

Hydromeliti cuilibet compoſito conficiendo inſervire poteſt; & rariùs uſurpatur per ſe: Nihilominùs verò ſat benè congruum videtur Aſthmaticis, durante paroxyſmo, in potum ordinarium; & diuturnâ Tuſſi laborantibus.

Mel conſtat ex principio dulci, viſcido, manifeſto; & acri volatili latente. Ab Acredine

dine Detergit, & Siccat: A Viſciditate digerit, & ſanat.

*Infuſi Amari* ℔iiij.

℞ Aq. deſtill. ℔iiij. Spir. Vini ℔ſs. Sal. Tart. gr. 32. Rad. Gent. ʒiij. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. ã ʒvj. infunde in Balneo 12 horas & col.

*Infuſ. Amar. Chalybeati* ℔iiij.

℞ Aq. Lact. Alexit. ℔iſs. Ment. Gent. Comp. Lumbric. Magiſt. ã ℥iiij. Rad. Gent. ℈iiij Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. ã ℈viij. infunde calidè per noctem. Col. adde Vini Chalyb. ℔ij. m.

*Infuſ. Anthelminthicum.*

℞ Sem. Santon. contuſ. ℥ſs. Aq. Ment. ℥iiij. Cinnam. ℥ij. infunde calidè hor. j. col. adde Syr. è Cich. cum Rhab. ℥ij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. m.

Sumat Puer cochl. ij. bis in die per tres dies; deindè propinetur Catharticum.

*Infuſum Arthriticum.*

℞ Chamæpit. ſicc. contuſ. ℥j. Flor. Lavend. ſicc. Theriacæ Venet. ã ℥ſs. Vini rub. generoſi ℔ij. macera duas horas ſuper prunas candentes col.

Ad affectum à Ventriculo depellendum propinetur ℔ſs. & repetatur doſis quotiès præſenti Medico viſum fuerit.

*Infuſi Cardiaci* ℔j.

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥j. Conſ. flor. Borag. ℥ij. Cort Citri cond. ʒvj. affunde Aq. Borag. ℥ix. Aq. Ulmar. ℥iij. Aq. Roſ. Dam. ℥ij. miſce diligentèr in Mortario Marmoreo; macera frigidè horam unam; & col. adde Succi Chermes ℥ſs. Succi Limon. ℥j. Syr. è Rubo Idæò ℥ſs. trajice per manicam Hippoc. & f. liquor clarus.

Sanguinis nimis inflammabilis fervores, & impetus reſtringit, & ſedat: ſimulq; Spiritus atrabilariâ nube obfuſcatos, & depreſſos, clarificat, & levat. Solatium affert gratum Febri ardente; Affectu Hypochondriaco, & Melancholico laborantibus. Bibat patiens ℥iv. tèr de die.

*Infuſi Cephalici* ℔iiiſs.

℞ Sterc. Pavon. albi ℥iv. Millep. contuſ. ℥j. Aq. Ceraſ. nig. Vini albi ā ℔iſs. Infunde 24 horas frigidè; col. per manicam clarificatæ adde Aq. Langii ℥iij. Sp. Lavend. comp. ʒiſs. Ol. Nuc. Moſc. gut iij. Syr. Pœon. Comp. ℥vj. m.

Cerebri meatus fæculentiis obſtipatos, & impeditos reſerat; ejuſq; Tonum flaccidum, & conniventem roborat. Spiritus animales copulâ heterogeneâ onuſtos, & irritatos defæcat eoſq; imbecilles, & nutantes reficit. Capitis demùm nubila, & tenebras diſcutit; illiq; ſudum ſerenum, & claritatem felicitèr conciliat. utimur ergò auſpicatò ad Idiopathicum

cum Capitis dolorem; Vertiginem; & Scotomiam; exhibendo ſcilicèt ℥iv. manè & ſerò.

*Infuſi Chamæmæli* ℔ij.

℞ Aq. Deſtill. ℔ij. Spir. Vini ℥iiij. Sal. Tart. ℈ij. Flor. Chamæm. contuſ. ℥ij. infunde ſuper cineres ſ. a.

Vide Decoct. Febrif. Amar.

*Infuſ. Colicum.*

℞ Rad. Zedoar. contuſ. ℥ij. Vini Canar. Spir. Vini com. ā ℔ſs. macera leni tepore 12 horas, col. adde Ol. Junip. gut. xvj. Ol. Garyoph. gut. iiij. Sacch. albi ℥j. m.

*Infuſ. Epilept.* ℔ij.

℞ Viſc. arbor. conſciſ. & contuſ. ℥iiij. Succi Rutæ ℥j. Spir. Vini com. ℥iiij. Aq. font. ℥xxviij. Sal. Tart. ℈ij. infunde leni tepore 12. horas: col. per ſubſid. depur. adde Syr. Pæon. ℥iiij. m.

*Infuſum Hiſpanicum.*

℞ Aq. font. ℔iij. Sal. Tart. ℥ſs. Croci (minutim forcipibus conſciſſi) ʒſs. Succi Glycyrrhizæ Hiſpan. (in tenues lamellas redacti) ℥j. digere calidè, & clausè, 24 horas, & col.

Edulcorat, Maturat, Incidit, Expectorat. In Defluxione tenui, è Gulæ Glandulis tranſudante, veſperi præcipuè repetente, & moleſtiſſimâ Tuſſi vexante propinetur ℔ſs. frigidè ſingulis noctibus lectum ingreſſuro. In

Tuſſi verò Pectorali, quæ vel à lymphâ acri in Pulmonum Bronchia, aut Appendices lobulares perpetim ſuffusâ; vel â materiâ craſsâ ibidem depoſitâ, obſtruente, & aggravante, natales ducit; ℥iv. calidiſſimè abſorbeantur Aurorâ & Veſperi quotidiè. In Febriculâ Catarrhali, cum horripilationibus, & æſtibus ſe mutuò excipientibus, & vagè recurrentibus, Capitis hebetudine; Oculorum rubore; Aurium tinnitu; & copiosâ tenui narium Deſtillatione, ſtipatâ; pitiſſetur calidê (inſtar Coffee) frequenti repetitione ad libitum; frigus interim curiosè cavendo.

## *Infuſi Purgantis* ℔j.

℞ Sennæ ℥j. Tart. albi pul. ℥ſs. Aq. flor. Sambuci, Vini albi ā ℔ſs. Infunde tepidè, & clausè in vaſe vitreo (non autèm æneo) xij horas; col. claræ ℥xij. adde Syr. è Cich. cum Rhab. ℥iv. Ol. Aniſi, & Ol. Nuc. Moſc. ā gut. ij. m.

Senna (inquit Sylvius) blandum eſt medicamentum, ſi aut in ſubſtantiâ, aut in Infuſo exhibeatur; non autèm, ſi Decoquatur: tùnc enim Tormina ſolet producere, præſertim iis, qui humoribus ſcatent Auſteris, aut Acidis. Hoc Infuſum tàm Pueris, quàm Adultis (mutatâ tantùm, pro ætatis ratione, doſi) benè convenit: benigniſſimè enim, & tamèn efficaciſſimè operatur. Sin verò ulteriori adhùc ſtimulo opus fuerit, grana aliquot Scammonii Sulphurati ſingulis doſibus poſſunt adjici. Adultis communitèr ℥iv. vel ℥v. exhibeantur. Atq; hinc doſis Junioribus proportionata facilè ſupputari poteſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0156-9 DFG

*Infuſi Reſerantis* ℔j.

℞ Fol. Ficus virent. ℥j. Rad. Bellid. min. ʒvj. Rad. Contray. ʒij. Aq. font. ℔j. Spir. vini com. ℥ij. Sal. Tart. ℈j. f. Infuſ. calida & clauſa ſ. a. col. educ. Sacch. q. ſ.

Ad Sanguinis compagem nimis ſtrictam reſerandam.

*Infuſum Rhabarbari compoſitum.*

℞ Rhabarb. ʒij. Mirobalan. citr. ʒj. Sal. Abſinth. gr. xv. Aq. Plantag. & Aq. Cinnam. fort. à ℥ij. infunde tepidè, & clausè per noctem; col. adde Ol. Aniſi gut. j. Syr. Roſ. Sol. ℥ſs. vel ʒvj. m.

Aliquando ad hunc modum præſcribo.

℞ Rhab. inciſ. ʒij. Sp. Vini ℥iſs. Aq. Cinnam. ℥j. infunde horam j. ſuper prunas candentes col. adde Syr. Roſ. Sol. ℥j. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. Pul. Rhab. ℈ſs. m.

Materiam Inteſtina laceſſentem evacuat; Tormina compeſcit: Flatus diſſipat; Viſcera roborat; eorum lubricitatem corrigit; Tonumq; ſtabilit: atq; ità omnibus inſtruitur requiſitis, ad Diarrhæam ritè, & rationabilitèr ſiſtendam, & curandam.

*Infuſum Roſatum.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥iv. Ol. Sulph. gut. 48. (vel. q. ſ. ad idoneam aciditatem) Aq. font. ℔ij. macerentur calidè in vaſe vitreato per noctem, & col. per Manicam.

Idem facit, ac Tinctura Roſarum, nempè

Sanguinem ardentem refrigerat; æſtuantem cohibet; acrem corrigit; attenuatum incraſſat; Bilem temperat; Sitim explet; Ventriculum reficit; Appetitum reſtaurat, & moderatè aſtringit. Julapium eſt ſatis gratum, & utile in Febribus ardentibus, & malignis; in Hæmorrhagiâ narium; Hæmoptyſi; Vomitu cruento; Diarrhæâ biliosâ; Dyſenteriâ; Menſium fluxu; Picâ; & Abortûs periculo. Dentur ℥iv. bis in die.

*Infuſum Roſatum compoſitum.*

℞ Flor. Roſ. rub. ſicc. Flor. Balauſt. ā ʒij. Cort. Querc. ℥ſs. Aq. font. ℔ij. infunde calidè xij. horas; col. adde Aq. Cinnam. hord. ℥iv. Sacch. albi ʒij. Ol. Nuc. Moſch. gut. ij. m.

Potentèr aſtringit; ideoq; conducit. in Diarrhæâ, & Hæmoptyſi: ſed quoniàm damnosè ab imperitis; aut incogitantibus uſurpari poterit; duas hic, obſervatu dignas, lubens adjiciam Cautiones.

Primo, In Alvi fluxu ſymptomatico, ſi Febris acuta morbus ſit primarius; tutiùs eſt exquiſitis Alexipharmacis arduum hoc negotium aggredi, quàm perperàm adhibitis Aſtringentibus, & Opiatis, humores malignos concentrare; Sanguinis depurationem inhibere; Spirituſq; vacillantes dejicere.

Secundò in Hæmoptyſi, poſtquàm jàm actu ſiſtitur Sanguinis eruptio; dum Cruor grumoſus, aut Sanguis extravaſatus Pulmonibus reſtat: peſſimè audiunt Aſtringentia; quatenùs nempè Excreationem impediant; Suffocationes; Anhelitùs interceptionem; Febres vehemen-

hementiſſimas; Inflammationes partis; & ſubindè Mortem accerſant. Doſ. ℥iij. vel ℥iv. repetendo donec Intentioni ſatisfiat.

*Infuſi Rubri* ℥viij.

℞ Diaſcord. ʒſs. Coccinel. ℈ij. Garyoph. ℈j. Vini rub. Lisbonenſis ℥vj. Aq. Cinnam. ℥ij. ſtent 2 horas obturato vaſe ſuper cineres calidos. Col. adde Syr. Cydon. (vel de Mecon.) ℥iſs. m.

Pro duabus doſibus contra Diarrhæam.

*Infuſi Styptici* ℔ij.

℞ Rad. Urticæ urentis ℥iiij. Sal. Prunel. ʒſs. Succi Urticæ ℥ij. Aq. font. ℔ij. f. Infuſio calida 12 horas: col. adde Syr. Alth. (vel de Mecon.) ℥iiij. m.

*Infuſi Traumatici* ℔ij.

℞ Virgult. virid. Solani lignoſi conciſ. ℥iv. Coccinel. ℈j. Vini albi ℔ij. Infunde calidè, & clausè, per noctem; col. adde Syr. Hed. terreſt, ℥iv. Ther. Ven. ʒſs. m.

Singulare eſt experimentum ad Caſum ab alto, & Contuſionem: Cruorem quippè extravaſatum, & grumeſcentem mirificè diſſolvit; in maſſam ſanguinis circulantis denùo propellit; atq; illinc partim per Diaphoreſin; partim per Diureſin; partimq; nonnunquam per Catharſin, exterminat. Tàm potentèr, & ſpecificè operatur, ut aliquando (non ſine ſtupore) notavi Urinam, ab hujus uſu, reddi (propter grumos ſolutos, abſorptos, & Sero



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0159-9

ro commiſtos) planè Nigricantem. Aſſumantur ℥vj. bis; vel ℥iv. ter in die.

## *Julapii Acido-dulcis* ℔ij.

℞ Aq. font. puræ ad medias coctæ ℥xxviij. Syr. Violar. ℥iij. Syr. Garyoph. (vel è Rubo Idæo) ℥j. Sp. Vitrioli q. ſ. ad gratiam. m.

Acida in Bilioſis Febribus (inquit Riverius) nunquàm omittenda; quià Amara dulcificantur per Acida; quæ, ſi intenſa ſunt in ſuo gradu (ut Sp. Vitrioli, aut Sulphuris) ipſius Aloës & Colocynthidos amaritudinem delent: Bilis autèm flava ſuo amarore ſpoliata, mortua eſt, & innoxia. Atq; alibi dicit, De Spiritu Vitrioli, & Sulphuris hoc diligenter advertendum, in Febribùs Putridis magnum eſſe illius uſum; quia inſignem vim habet Refrigerandi, Aperiendi, Putredini reſiſtendi, Inflammabilitatem humorum prohibendi, & Sitim ſedandi. Attamèn in Pleuritide, Peripneumoniâ; Hæmoptoe, Phthiſi, cæteriſq; Pulmonis affectibus, Ventriculi inflammatione, Dyſenteriâ, Sanguinis mictu, Renum, & Veſicæ ulceribus, plurimùm nocere, & ab eo abſtinendum eſſe.

Julapium hoc elegantiſſimum, & longè gratiſſimum exhiberi poteſt frigidè in Febribus ardentibus ad ℥iij. vel ℥iiij. ſextis horis.

## *Julapii Alexiterii* ℔j.

℞ Aq. Lact. Alexiter. Ceraſor. nig. ã ℥iv. Aq. Rutæ ℥iij. Epidem. ℥ij. Tinct. Croci (Aq. Theriac. paratæ) ℥j. Syr. Caryophyl. ℥ij. Lap.

de Goâ Lap. Contray : ā ʒj. Confec. Alkerm. ʒij. m.

Neceſſarii usùs eſt Febribus putridis, & malignis, ubi Spiritus à Veneno deleterio, & ſphacelante ferè obruuntur, & enecantur; ad illos nempè vividè expandendos, & exſuſcitandos; indeq; ad Sanguinis miſcelam debitam reſtaùrandam; Venenum debellandum; & foràs eliminandum. Ad hos fines pro re natâ concedi poteſt ad cochl. v. octavis, ſextis, vel tertiis horis. Diligentèr verò obſervandum, quòd quamprimùm Phlogoſis Spirituum, & Sanguinis hoc ritu reſtituitur; nè incendium funeſtum indè ſuboriatur, prorsûs ab hujuſmodi calidiorum uſu tempeſtivè abſtinere oportet; aut ſaltèm eorum doſis minuenda, & rariùs repetenda eſt.

## *Julapii Antemetici* ℥xij.

℞ Aq. Germ. Querc. Cinnam. hord. ā ℥iij. Aq. Gent. comp. Abſinth. comp. Syr. Limon. ā ℥ij. Sal. Abſinth. ℈ij. Laud. liqu. gut. 40. m.

Hujus elementa conſtitutiva ſunt, Sal. fixum acido commiſſum, & in tertium quid coalitum; Aromatica; Aſtringentia, & Laudanum; atq; ideò Fermentum acre obtundit; Stomachi vigorem, & tonum reſtituit, Spirituum furores coercet, Fibrillarum ſpaſmum conſopit, & Vomitum efficacitèr ſiſtit. Doſ. cochl. iij. per vices frequentes.

*Julapii*

*Julapii Aſtringentis* ℥xij.

℞ Aq. Plantag. & Gemmul. Querc. ā ℥iv, Menthæ ℥ſs. Cinnam fort. ℥ij. Syr. è Roſis ſicc. ℥iſs. Diaſcord. Boli ā ℈iv. Terr. Japan. ℈ij. Ol. Nuc. Moſc. gut ij. m.

Contra Diarrhæam inſcribitur. Diarrhæa verò ſymptomatica (illa nempè quæ Febrium principio ſupervenit) ut plurimum eſt mala; Primo, Quià Impedit concoctionem materiæ morbificæ, ceù legitimam ejus ſeparationem per naturalem humorum fermentationem. Secundo, Quià vires proſternit. Tertio, Quià ſubſequens eſt febrilis Colliquationis, id quod patet, quoniàm Excreta tùnc temporis ſunt plurimùm fœtida. Ergò talis Diarrhæa ſemper erit ſiſtenda, aut ſaltèm ità cohibenda, nè fiat exorbitans. Medici aliàs ordinariò putant indicari tùnc Purgationem, quandò talis ſupervenit Diarrhæa; ſed rectè dicit Lindanus, ipſos tùnc neſcire quid ſit Superveniens Morbo: Nàm cùm ſuperveniat talis Diarrhæa tantummodò propter ſummam materiæ cruditatem, & acrimoniam, eamq; ſæpiùs malignam, humorumq; etiam confuſionem, ſtatumq; colliquativum, non debet ſanè irritari, & exaſperari Purgantibus, ſed vel in totum ſiſti, vel ſaltèm intra debitos limites coerceri. Doſ. ℥iij. ſextis horis, donec refrænetur ſymptoma, & poſtea bis, vel ſemèl in die, pro juſtâ rei emergentis exigentiâ.

*Julapii*

*Julapii Aurei* ℔j.

Vini Canar. ℔j. Garyoph. contuſ. ʒj. Croci ſciſſi ℈ſs. macera in Balnei calore horam j. col. adde Spir. Hormini (Eſſentiâ Amb. gr. imbuti) ℥ſs. Spir. Lavend. Comp. ʒj. Syr. Garyoph. ℥iſs. Succi Chermes ℥ſs. Fol. Auri N° iij. m.

*Julapii Camphorati* ℔j.

℞ Aq. Bacc. Sambuc. Aq. Ceraſ. nig. ã ℥vj. Aq. Bryon. comp. ℥j. in iſtis extingue (ad totalem conſumptionem) Camphoræ accenſæ ℈iv. adde Syr. bacc. Samb. & Syr. Ceraſ. nigr. ã ℥iſs. m

Hoc præcellentiſſima inter Hyſterica numerari debere, ſæpiùs repetita ſatis probavit Experientia: Spiritus namq; efferatos mirè ſedando, deſultorios coercendo, & diſſipabiles condenſando, figendoq; Paroxyſmum præſentem abrumpit, & expectatum præcavet: Imò ſi pertinacitèr ſatis uſurpetur, nonnunquàm & Affectum ipſum radicitùs extirpat. Propinentur ℥ij. vel ℥iij. pro doſi.

*Julapii Carminantis* ℥xij.

℞ Vini albi ℥iv. Aq. flor. Chamæm. Rutæ ã ℥iij. Aq. Pæon. comp. ℥iſs. Sacch. albiſſ. ʒvj. Ol. Junip. gut. xxiv. m. ſ. a.

Phlegmatis in Ventriculo, & Inteſtinis tenacitatem incidit: Spumam, & Bullas ex ejus conquaſſatione ortas, diſſilire facit; Flatus, & Vapores iis incluſos diſſipat: Calorem Viſcerum



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0163-7

ſcerum deficientem reſtituit, Spaſmodicamquè Membranarum agitationem tollit. Utiliſſimè præſcribitur ad Ructus & Flatus Ventriculum, & Hypochondria diſtendentes, & cruciantes, ad Colicam, Tormina poſt Partum, Vertiginem, &c. Doſ. ℥iij. vel ℥iiij. vaſe priùs benè agitato.

*Julapii Cephalici* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iv. Rutæ ℥iij. Pæon. comp. ℥ij. Bryon. comp. ℥j. Tinct. Caſtor. Spir. Lavend. comp. ā ʒij Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. Syr. Pæon. comp. ℥iſs. Pul. de Guttetâ ℈iv. m.

Ad Epilepſiam, & Affectiones quaſcunq; Convulſivas, & Soporoſas; ad Capitis dolorem, Vertiginem, & Paralyſin, cum fructu uſurpatur.

Propinari poſſint cochl. v. ante, inter, vel immediatè poſt Paroxyſmum. Ad præcautionem verò manè, & veſperi, præſertim juxta ſingulas Lunæ periodos: circa hæc tempora enim Cerebrum miras patitur alterationes; ſiquidèm in Plenilunio (ut ex Vulneribus Capitis patet) Cerebrum turget, & totam Calvariæ cavitatem replet; imò extra Vulnus ſæpè attolli viſum eſt: Decreſcente verò Lunâ, uſq; ad Novilunium, ſubſidet & tunc minima ejus quantitas cernitur: Ut Oſtrea, Piſceſq; Teſtacei omnes in Plenilunio turgentiores, & meliores habentur; in Novilunio è contra.

## *Julapii Chalybeati* ℔ij.

℞ Aq. Fœnic. Petroſel. ā ℥xij. Sal. Chalyb. pul. ʒij. diſſolve ſuper prunas; repone 24 horas: liquori claro effuſo adde Aq. Raph. comp. Syr. è 5 Rad. ā ℥iv. Spir. Cochl. Elix. Propr. Tartariſati ā ℥ſs. m.

Incipiendum eſt à minori quantitate ſc. cochl. iij. quæ ſenſim augenda eſt ad cochl. vj. vel vij.

Obſervabit interea Medicus, num æger chalybem excernat nec ne; quod ex fæcum nigredine cognoſci poteſt; alias ſi non excernatur, quinto aut ſexto die clyſtere, vel eccoproptico alvum movebit. Imò utilitèr poterit chalybeata Purgantibus admiſcere; ut aperiat, & in corpore non ſubſiſtat. Primeroſ. de Morb. Mulier. 176.

## *Julapii Cordialis* ℥xij.

℞ Aq. Meliſſæ, Ceraſ. nig. ā ℥iij. Cinnam. hord. ℥ij. Epidem. ℥iſs. Pæon. Comp. Syr. Garyoph. ā ℥j. Limon. ℥ſs. Confect. Alkermes ℈iv. m.

Hujuſmodi Cardica quamprimùm in Stomachum ingeruntur, imò interdùm Ore tantùm libata, virtutes ſuas exerunt, & cum grato appulſu, Spiritus in primis viis, ſivè corporis velùt porticu degentes, refocillant, aut inſtaurant: dein horum continuitate, Ovatio eadem in Spiritus alios ſucceſſivè tradita, brevi per totam Animæ ſenſitivæ compagem undulat; proindè ut tùm Cerebrum, tùm Præcordia pleniore Spirituum (quaſi exultan-

tium) influxu irridiata, fuctionum ſuarum munia multò vegetiùs, & alacriùs obeant, atq; ità Pulſus priùs debilis, aut vacillans, mox fortiùs vibret, & Sanguis cum majori impetu circumpellatur.

Hicce autèm vigor aſcititius, cùm à Spiritûs Vinoſi difflabilis adèo, & fugacis afflatu ſolùm pendet, valdè reperitur evanidus, & momento labitur, atq; dein æger (non obſtante vi Julapii) in priſtinos languores rursùm recidit: Ideoq; (ſi communis paſsìm pateretur mos practicandi) tenuibus his Julapiis, generoſa Electuaria, oleis aromaticis ditata, quæ in Ventriculo diutiùs retineri poſſent, ibiq; gratum ſpirarent, & Spiritus æq; ſaltèm ac Julapia, demulcerent, & exultare facerent, libentius ſæpè ſubſtituerem.

### *Julapii Cordialis temperati* ℔j.

℞ Aq. Roſ. Damaſc. ℥viij. Vini Rhen. ℥iv. Succi Aurant. ℥j. Aq. Cinnam. fort. ℥ij. Sacch. albi ℥j. Pul. ſubtil. ccc. ℈iv. m.

Solamen, & ſuppetias affert in Febribus, quandò æger præ caloris incendio ferè comburitur, Siti deficit, oblanguetq; Itèm quandò recrementa uſtulata, bilioſa, acria e ſanguine bulliente in Ventriculum ſuffuſa ægritudinem, & angorem miſerabili modo affligentem concitant. Doſ. ℥iv. tèr vel Sæpius in die.

### *Julapii Diuretici Acidi* ℔ij.

℞ Vini Rhen. ℔j. Succi depur. Parietar.

Limon. ā ℥ij. Aq. Aparines, Spir. Vini Gall. Syr. è 5 Rad. ā ℥iv. m.

Sola Acida Diuretica Sanguinem fundunt, ac in ſeroſitates præcipitant; uti cùm Acidum lacti ebullienti inſtillatur. Attamen hoc non adèo paritèr omnibus, nec etiam quibuſvis ex æquo contingit. In conſtitutione ſanâ, aut non multùm ab eâ remotâ, Sal Cruoris partim fixus, & partim nitroſus partimq; volatilis exiſtit: itèm in Scorbuticis, & Hydropicis quibuſdam, iſte plerùmq; fixus evadit: quamobrèm in ſingulis his caſibus, Diuretica ſale Acido prædita cum fructu adhibentur. In Affectibus verò Catarrhoſis, & in quibuſdam Hydropicis, & Scorbuticis, cùm in Fluoris ſtatum ſanguinis particulæ ſalinò fixæ evehuntur, ac volatiles deprimuntur (uti crebrò evenit) Remedia Acetoſa obeſſe potiùs quàm prodeſſe ſolent; quatenùs ſanguinem à craſi rectâ degenerem, magis pervertunt: quinimò his medicamenta Sale fixo, ac Volatili prædita potiùs ex uſu erunt. Doſ. ℥iv. vel ℥vj.

## *Julapii Diuretici Aromatici* ℔j.

℞ Vini albi ℥viij. Aq. Fœnic. ℥iv. Aq. Raph. comp. ℥iij. Tinct. Sal. Tart. ℥ſs. Ol. Junip. gut. xxiv. Ol. Aniſi, ol. nuc. Moſch. gut. viij. Sacch. albi ℥j. m.

Aromatica quatenùs Diuretica, non tàm agunt in Sanguinem, quam Organa ipſa. Non illorum enim eſſe videtur, ut Cruoris contexturam nimis ſtrictam reſerent, & liquent, Serumq; ab eius amplexibus ſecedere faciant, ſed potiſſima eorum operandi ratio certiſſimè conſiſtit in hoc, quòd ob volatilita-

tem, tenuitatem, & caliditatem, Renes & Ureteres aperiunt, detergunt, confortant, & ad munus ſuum defungendum hortantur, & ſtimulant. Ideòq; hoc medicamentum locum habet non in Febre, Scorbuto, &c. ad ſanguinem fundendum, & depurandum; ſed maximè in Arenulis, ad Sabulum, & Mucum vias urinarias obſtruentem amovendum; atq; ità ad Urinæ curſum vindicandum. Quotiès verò in Paroxyſmo Nephritico gravis adfuerit Renum incaleſcentia, & dolor, ab hujuſmodi calentibus, & ſtimulantibus omninò abſtinendum erit; nè Membranæ ſcilicet, & Ureteres in Spaſmos, & conſtrictiones fortiores adigantur; atq; indè arenulis, & calculo deſcenſus penitùs intercludatur.

Aliis etiàm (præter Calculum) Affectibus utilem præſtat operam: quatenùs enim (propter partium tenuitatem, aperiendi, ſtimulandi, & confortandi facultatem) lympham congelatam, & fœculentam ſaburram in canaliculato corporis habitu depoſitam, è latibulis exturbet; ſanguinis circulantis in rivum pellat, atq; ità (licèt ſecundariò) per Diureſin evacuet; Hydrope, & Menſium obſtructione laborantibus longe eſſe proficuum expertus ſum. Doſ. ℥iv. vel ℥vj. bis tervè in die.

## *Julapii Diuretici Nitroſi* ℔ij.

℞ Aq. Aparines ℥xx. Aq. Raph. comp. Syr. Alth. ā ℥vj. Sal. Prunellæ ℥ſs. Sal. Succini ℈ij. m.

Sanguinem, & Succos eluit, & eliquat, Sales Tartareos, & Mucum aggeſtum diſſolvit, & expellit; Renes & Ureteres refrigerat, aperit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0168-6 DFG

rit, & detergit. Tutius hoc videtur remedium, quandò multùm caleſcit, & dolet Lumborum regio, quàm ſuperius illud Aromaticùm. Obſervandum verò, nimium frequentem hujuſmodi Nitroſorum Diureticorum uſum Renum tonum tandem labèfacere ſolere. Propinentur ℥iv. vel ℥vj. tèr in die.

## *Julapii Emmenagogi* ℥xij.

℞ Vini albi ℥vj. Aq. Pulegii ℥iij. Aq. Bryon. comp. ℥ij. Ol. Sabinæ gut. xij. Ol. Garyoph. gut. viij. Sacch. albi ℥j. m.

Sanguinem exagitando, Obſtructiones reſerando; & Uterum ſtimulando, Menſes movet. Atq; tùnc præcipuè convenit, quando Menſes nimis parcê, tardè, & non εὐφόρως, ſed cum Dorſi, Abdominis, aut Uteri dolore fluunt. Ubicunq; verò Sanguis multùm reperitur diminutus, aut depauperatus, ubi totalis adeſt ſuppreſſio; malum eſt confirmatum, & diuturnum, fruſtrà tunc exhibetur. Doſ. ℥iij. bis in die per biduum ante expectatum tempus.

## *Julapii Hyſterici* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nig. Artemiſ. Puleg. ā ℥iij. Bryon. comp. ℥iſs. Tinct. Caſtor. ℨſs. Ol. Succini gut. xxiv. Sacch. alb. ℥j. m.

Affectionem Hyſtericam refrænat, in quantum Spiritus irritat; huc illùc excurrere, & efferri cogit. Cùm enim ipſi inordinatè habentes, & inæqualitèr diſperſi, in quibuſdam locis denſiùs, inq; aliis tenuiùs ſcatent, proindeq; functionum ſuarum munia quædam, ac

potiſſimùm intra Cerebrum, aut Præcordia intermittunt, aut perversè agunt, optimum tunc remedium eſt, ut ab hujuſmodi Pharmaco ingrato perturbentur, & exagitentur magis: propterèa namq; illi, tanquàm á loris inflictis exſuſcitati, & velut flagellati, ἀταξίας priores relinquunt, & ſponte ſuâ in ordines regulares, & priſtina officia redeunt. Doſ. ℥ij. vel ℥iij Hoc autem remedium non omnibus æq; Convenit, ſiquidèm cernere eſt aliquas, quibus Oleum Succini ructus odioſos excitat, & valdè eſt ingratum.

### *Julapii Idæi* ℥xij.

℞ Vini Canar. ℥iiij. Rad. Irid. Florent. inciſ. ℈iiij. infunde leni tepore hor. j. col. adde Aq. Roſar. Dam. ℥iiij. Cinnam. hord. ℥ij. Aq. Cœleſt. Spir. Hormini Succi Chermes col. ã ʒij. Syr. è Rubo Idæo ℥iſs. Fol. Auri N° ij. m.

### *Julapii Moſchati* ℥xij.

℞ Aq. Roſar. Damaſc. ℥vj. Naphæ ℥j. Cinnam. hord. ℥ij. Pæon. comp. ℥iſs. Moſch. Ambræ griſ. (cum Sal. cc. gr. j. tritæ) ã gr. ij. Croci (ſciſſi, & in nodulo lig.) ℈j. Ol. Garyoph. gut. j. Confect. Alkerm. ʒij. Syr. Garyoph. ℥iſs. m.

Mulcimine pergrato Spiritus in Ventriculum copioſiùs allectat, & languidos refocillat. Temperatum quidèm eſt, ſed Nobile prorsùs Cardiacum in Febribus mali moris, quæ vapores deleterios ad Stomachum ſuffundunt; Spirituſq; labantes irritant; in confu-

ſiones, & ſpaſmos adigunt; & Singultum indè excitant, nondùm hactenùs præſtantius novi remedium; aliquandò enim devinitùs ſuccurrit, & Singultum ſuperat. Ut ingenuè tamèn fatear, tùm funeſtum hoc ſæpè notavi eſſe Symptoma, ut neq; hoc, neq; aliud quodcunq; vel excogitare vel invenire mihi adhùc, datum ſit, quod illi par eſſet; ſed totis viribus licet certavi, Fatis tamen fruſtrà obniſus ſum. Dentur cochl. v. tertiis horis.

*Julapii Pectoralis* ℥xij.

℞ Aq. Fœniculi ℥vj. Puleg. Hyſſopi ā ℥ij. Tinct. Dulc. Tinct. Croci (Aq. Theriac. paratæ) ā ℥j. Ol. Aniſi gut. xij. Sacch. albi ʒvj. Sp. * gut. xij. m.

Conſtat particulis volatilibus, oleoſis, & balſamicis, pulpoſo Dulcium craſſamine acceptis, & incorporatis, atq; eâ de re compoſitè, & diverſimode operatur: etenim Incidit, & Lenit, Attenuat, & Maturat; Serum ſalſum corrigit, & Pituitam craſſam eliquat; Pulmonum tonum roborat, & Bronchia ab infarctu liberat: Summatim optimum eſt Thoracicum, & cujuſcunq; ferè generis Tuſſi conuenit. Doſ: cochl. ij. ſtatim à ſingulis Tuſſiendi nixibus finitis.

*Julapii Perlati attemperantis* ℥xij.

℞ Aq. Borag. Lujulæ ā ℥iv. Roſar. Damaſc. Cinnam. hord. ā ℥ij. Margarit. præp. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

Febricitantibus angores patientibus valdè grato,

grato, & præſentaneo eſt ſubſidio: quippè dùm neq; ſanguinem exagitat, aut rarefacit; neq; æſtum promovet, aut intendit; Ventriculo interim fæculentiis acribus, & aduſtis humoribus, (à ſanguine deſpumationem conanti ſuffuſis; & à fermentatione præternaturali excoctis) laboranti, & ferè ſuccumbenti, ſubvenit: grato enim, & edulcoranti embammate illum perfundit; exindeq; illo recreato, Spiritus & influi, & inſiti per totam machinam novo vigore inſpirati, confeſtim refocillantur; plurimùm & ſuſtentantur. Doſ. cochl. vj. ad libitum.

## *Julapii perlati Cordialis* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nigr. Aq. Lact. Alexit. ã ℥iv. Cinnam. hord. ℥ij. Epidem. Pæon. comp. ã ℥j. Margarit. pp. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Iiſdem pollet viribus ac proximè prægreſſum: at quoniàm aliquantò magis calidum, ſpirituoſum, & activum eſt, rectiùs præſcribitur quoties non ſolùm Ventriculus, aggravatur, & malè patitur; ſed inſupèr debita ſanguinis fermentatio deficit; Spiritus labaſcunt; Pulſus vacillat; & regimen animale universìm fatiſcit. Dentur cochl. v. vel vj. in languoribus.

## *Julapii Perlati Hyſterici* ℥xij.

℞ Aq. Ceraſ. nig. Artemiſ. ã ℥iij. Puleg. Rutæ, Bryon. comp. ã ℥ij. Margarit. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Hujus

Hujus uſus indicatur non (ut ſuperiorum) quando Ventriculus, aut Sanguis primariò, & præcipuè laborant; ſed quando Spiritus ipſi vel inordinatè agglomerantur, & ſpaſmodicè exploduntur; vel copulâ heterogeneâ onerantur, & torpidè ſubſidunt: uti evenit cùm Vapores, & Languores Hyſterici, Tremores, Subſultus, aut Affectus Convulſivi, Comatoſivè febricitantibus vel adſunt, vel intentant. Propin. cochl. v. tèr in die, vel ſæpiùs pro re natâ.

*Julapii Perlati Phthiſici* ℔j.

℞ Aq. Limac. Pect. noſt. ℥viij. Cinnam. hord. ℥vj. Syr. Balſam. ℥ij. Margar. præp. ℈iv. Ol. Nuc. Moſch. gut. j. m.

Utile eſt ad Spiritus reficiendos, & vires fulciendas; ad Ventriculi acidum retundendum, ejuſq; tonum conſervandum; ad Tubercula Pulmonibus nata diſſolvenda, & vaſorum oſcula conglutinanda; ad humorum acrimoniam demulcendam, & colliquativam ſanguinis diatheſin corrigendam; deniq; ad Calorem Hecticum extinguendum, & nè lympha copioſè per Trachæam, & Glandulas Pulmonum expuatur, inhibendum. Doſ. ℥iv. tèr in die, vel cochl. v. in Languoribus, ad libitum.

*Julapii Pleuritici* ℥xij.

℞ Aq. Papav. errat. ℥vj. Tuſſilag. ℥iv. Syr. Papav. err. ℥ij. Lap. Prunel. Sang. Hirc. ā ℈iv. m.

Ad ſitim alleviandam; Sanguinem refrige-

 ran-

randum; Coagulum lenteſcens diſſolvendum; Obſtructionem inde natam expediendam; dolorificam membranarum criſpationem relaxandam; Circulationem per partem reſtituendam; Expectorationem & Diureſin promovendam, dentur ℥iv. tèr in die.

## *Julapii Proprietatis* ℔j.

℞ Vini Canar. ℥x. Aq. Ment. ℥ij. Aq. Gent. Comp. ℥iiij. Rad. Angel. Hiſpan. Garyoph. ā ℈iiij. f. Infuſ. tepida, & clauſa 2 horas. Col. adde Elix. Propr. tartariſ. ʒij. m.

Ad Appetitum excitandum, Nauſeam tollendam, & Concoctionem juvandam. Propin. ℥ij. hor. ſs. ante Prandium, & ſtatim a Prandio quotidiè.

## *Julapii Puerperarum* ℥xij.

℞ Aq. Meliſſæ, Ceraſ. nig. ā ℥iij. Cinnam. hord. Stephani, Syr. de Mecon. ā ℥ij. Laud. liq. gut. 40. m.

Ad dolores poſt partum expertum, & benedictum eſt remedium. Neq; quis hic, niſi planè inexpertus metuat Lochiorum obſtructionem ab ejus uſu ſubſecuturam; cùm è contra, maximè frequens occaſio ſuppreſſionis eorum ab intenſo dolore repetenda ſit: indè enim turbatur Spirituum ordinatus motus; ſtringuntur undiq; in corpore fibræ; & tenduntur ſimùl Uteri, ejuſq; membranoſæ Vaginæ fibrillæ; hinc excernendorum per hæc loca debitus ſupprimitur fluxus. Undè memorato in caſu (non tantùm Ratione, ſed & Experientiâ annuentibus) Opiata, præ cæteris

fauſto

fauſto cum ſucceſſu exhibentur: ab eorum ſiquidem uſu, ceſſante dolore, relaxatâ fibrarum conſtrictione; & in ordinem reſtituto ſpirituum motu, tantùm aberit ut ſuppreſſus inde ſit purgamentorum effluxus, ut è contrà auſpicatò magis, placidiùs, & copioſiùs, redeat. Doſ. ℥iv. bis in die, ſi caſus repetitionem poſtulaverit.

## *Julapii Refrigerantis* ℔j.

℞ Aq. Portulacæ, Borag. Lujulæ ā ℥iv. Aq. Roſ. Dam. Succi Limon. Depur. ā ℥j. Syr. è Rubo Idæo ℥ij. m.

Remedium eſt Febricitantibus expetitiſſimum; ad ſaburram nempè in ventriculo aduſtam temperandam; ad Pituitam inibi craſſam incidendam; ad fervorem Stomachi extinguendum; ad Sitim inexplebilem alleviandam; & Sanguinis ebullitionem enormem deprimendam. At verò, Ne quid nimis: de ſucco enim Limonum (inquit River.) hoc notandum eſt, cautum eſſe debere illius uſum; quià frequentiùs, aut nimiâ copiâ exhibitus, Aphthas facit in Ventriculo, & excoriationes; undè Lienteria ſuccedit: quod multò magis de Acidis mineralibus dicendum eſt. Doſ. ℥iij. vel ℥iv. tèr in die.

## *Julapii Scorbutici* ℔ij.

℞ Aq. flor. Samb. ℥xx. Aq. Raph. comp. Syr. bac. Samb. ā ℥vj. Spir. Cochlear. ʒiſs. Ol. Saſſaph. gut. iv. m.

Titulus vires indicat. De operandi ratione Scorbuticorum conſulatur Cerev. Scorb. cal.

Decoct.

Decoct. Scelotyrb. & Elect. Scorb. cal. Doſ. ℥iv. bis indies.

### *Julapii Splanchnici* ℔j.

℞ Aq. Ari, Fumar. Fl. Samb. ā ℥vj. Aq. Gent. comp. Lumbric. Magiſtr. Syr. è 5 Rad. ā ℥iv. Tinct. Sal. Tart. ℥iſs. Sp. Coch. Elix. Propr. Tartariſati ā ʒij. m.

Ventriculi ſuccum acidum, & nidoroſum corrigit; Phlegma incidit; Tonum ſtabilit; Scorbuto medetur. Sed quoad ulteriores ejus vires, quas in Viſcerum regione, & Sanguinis maſſâ edit, ne Cramben bis coctam apponam, ad Cereviſ. & Decoct. Splanchn. Lectorem relego. Doſ. ℥iij. vel ℥iv. manè, & quartâ pomerid. per aliquot hebdomadas.

### *Julapii Stomachici* ℔j.

℞ Vini Xeroenſis, Aq. Cinnam. hord. ā ℥iv. Aq. Ment. Gent. comp. Abſint. comp. Syr. Cydon. ā ℥ij. Ol. Garyoph. Nuc. Moſch. ā gut. ij. m. Addi poſſint Theriacæ Ven. ʒij.

Sarcinam mucaginoſam, & putrilaginem fædam Ventriculi plicis, & villis adhærentem, & illum polluentem, incidit, & dimovet: Fibras ejus debiles, & flaccidas ſale volatili oleoſo perfundit, & roborat; Spiritus hoſpites copioſiùs eò allicit, & recreat: atq; ità Tonum reſtaurat; calorem nativum reſtituit; Appetitum revocat; Coctionem juvat; Ructus curat; Flatus diſſipat; Nauſeam, & Vomitum tollit. Exhibeantur ℥iij. vel ℥iv. horâ j. ante Paſtus: vel ad coctionem auxiliandam, immediatè poſt Paſtus.

*Julapii*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0176-0 DFG

### *Julapii Styptici* ℥xij.

℞ Aq. Plantag. ℥vj. Aq. Sperm. Ranar. ℥iv. Syr. é Coral. comp. ℥ij. Terræ Japan. Croc. Mart. aſtring. ā ℈ij. Sacch. Saturni gr. vj. Laud. liq. gut. 40 m.

Sanguinis turgeſcentiam inordinatam compeſcit, ejuſq; impetum malè ſanum cohibet: Serum nimis acre præcipitando, corrigit; auſteritatèmq; conciliando, ejus eruptionem prohibet; tandemq; hiatum & aperturam vaſorum occludit. Conducit in Hæmorrhagiâ narium; Hæmoptyſi, Hæmorhoidum & Menſium fluxu, Mictuq; cruento. Dentur frigidè ℥iij. bis, tervè in die.

### *Julapii Succinati* ℥xij.

℞ Aq. Petroſel. & Fœnic. ā ℥iv. Aq. Lumbric. Magiſtr. Raph. comp. ā ℥j. Syr è 5 Rad. ℥ij. Sal. Succini ʒſs. m.

In Anaſarcâ (non verò Aſcite) plurimum poſſunt Aperientia, Diſſolventia, & Diuretica: Oritur enim hicce Affectus, quatenùs Lympha morbosè redundans in partes fibrilloſas (quæ canaliculatim per totum corpus ſunt undiq; diſpoſitæ) ſuffunditur: atq; propagatur, & augetur, quatenùs Lympha iſta in craſſamentum gelatinoſum concreſcens, obſtructioneſq; figens, ulteriori adhûc lymphæ appellentis ſuffuſioni occaſionem præbet. Ideoq; quæcunq; poſſunt iſtiuſmodi gelatinam eliquare; è fibrillis extrudere, in maſſam circulantem reducere; & per Urinam deniq; ablegare, magnæ eſſe efficaciæ, & utilitatis liquidò

quidò patet. Hoc verò opus cùm à ſolis Aperientibus, & Volatilibus Diureticis expectandum eſt; præſens Julapium contra Hydropem (dummodo carnes ipſas duntaxat afficit; & non in Abdominis cavo deponitur) multum levaminis afferre ſolet. Catharticis debitis intercalatis, propinentur ℥iv. tèr in die.

*Juſculum Cancrorum Fluviatilium.*

℞ Cancror. fluviatil. N° 100. contundantur vivi; dein coq. in Aq. ℔iv. ad ℔iiſs ſub finem adde Mac. fol. ij. Nuc. Moſ. raſ. N° j. Vini Malvat. ℔ſs. col. abſorbeatur hauſtus bis in die.

Virtutes vide ſub titulo Juſc. Gammarorum.

*Juſculum Conſummatum.*

℞ Caponem (eviſceratum, & in fruſtula conciſ.) N° j. Ped. Ovil. & Vitul. ā N° iv. Raſ. cc. Eboris ā ℥ſs. Lig. Sant. citr. ʒiij. Dactyl. N° xx. Paſſul. ℥iv. Hord. perl. ℥j. Coq. in Aq. Cong. j. ad ℔iv. ſub finem addendo Flor. Bellid. maj. Herb. Tuſſilag. Capil. Ven. Pulmonar. macul. ā Mj. Mac. fol. ij. Nuc. Moſc. N° j. Vini Malvat. ℔j. col.

Commodiſſimè præſcribitur Valetudinariis; è Morbo longo emacianti reconvaleſcentibus, & Phthiſicis, ubi Vires languent, Nutritio plenior requiritur, nèc tamen Ventriculus ſolidis cibis concoquendis par eſt: minimo enim cum negotio coquitur: facilè diſtribuitur; citò agglutinatur; nec à calore partium ſtatim diſcutitur. Inſupèr iſtiuſmodi mollem,

rori-

roridum, & glutinoſum ſuccum ſuggerit, qui particulas ſanguinis ſalinas, aſperas, duras, & efferas demulcet, quaſi viſco oblinit, emollit, & compeſcit, nè per corporis canales impetuoſiùs delatæ, & duritèr affricantes, partium ſolidarum ſubſtantiam prædentur, & abripiant. Concedatur largus hauſtus bis, vel ter in die.

### *Juſculum Galli.*

℞ Rad. Eryng. cond. ℥ij. Rad. Chinæ, Scorzon. Paſſul. Corinth. Dactyl. ā ℥j. Raſ. CC. Ebor. ā ℥ſs. Sem. quat. frig. maj. ā ʒij. Capil. Vener. Mij. Cruſtam Panis albi veteris, Gallum (ſtrangulatum, deplumatum, eviſceratum, & probè contuſum) Coq. in Aq. Hord. ℔vj. ad ℔iij. col. adde Vini Canar. ℔j. Elect. Saſſaph. Succi Chermes ā ℥ſs. Syr. Balſ. q. ſ. m.

### *Juſculum Gammarorum.*

℞ Caudas xx. Gammarorum, Rad. Eryng. cond. ℥j. Cruſtam Panis albi, Paſſul. exacin. ℥ij. Glycyrrh. ʒiij. coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. f. col. Sumatur ad ℥iij. aut ℥iv. ter in die. Eodem modo paretur Juſculum Limacum.

Tanta Cancris, Gammaris, & Aſtacis ineſt edulcorandi vis, ut vel Aceti ipſiùs aculeos manifeſtè obtundant; & intra corpora noſtra ſumpti, Stranguriæ acrimoniam mirè tollant: Ideòq; in Febre Hecticâ, & exindè ortâ Atrophiâ, ubi maſſa ſanguinis ſucco alibili, blando, ſubdulci, & oleoſo privata acris eſt, fer-

vet,

vet, & nutritionis penum nimis parcum, aut depravatum ſuppeditat, apprimè reperitur utile. Aſſumatur bis in die.

### *Juſculum Phthiſicum.*

℞ Conſ. Roſ. rub ℥iiij. Rad. Symph. maj. ℥ij. Raſ. CC. ℥j. Capil. Ven. Mj. Pulmonar. querc. Mij. Plantag. Mſs. Paſſul. maj. ℥ij. Dactyl. N° iiij. coq. cum Pullo Gallinaceo & Fruſtulo Colli Vervec. & Micæ Panis albi ℥iij. in Aq. q. ſ.

Poſt coctionem, colaturam, & pinguedinis ablationem, ſumatur ſcutellum bis terve in die.

### *Lapis Alexiterius.*

℞ Succini, Coral. rub. ā ʒſs. Antimon. diaphor. Rad. Contray. Ocul. Cancr. ā ʒj. Chel. Cancr. ℥ſs. f. Pulv. ſuper Porphyritim lævigandus, qui Gelatinâ CC. exceptus form. in Globulos. Addi poſſunt Amb. griſ. gr. xij.

### *Laudanum Hyſtericum.*

℞ Laud. Lond. Aſæ fæt. ā gr. ij. Ol. Succini gut. j. m f. Pilulæ ij.

### *Linimentum Aluminoſum.*

℞ Alum. crudi, & uſti pulv. a ʒij. Boli, Ter. Japan. ā ʒj. Ol. Saſſaph. gut. vj. Mel. Roſ. q. ſ. m.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0180-1

Ad Gingivas Scorbuto affectas, putridas, fungoſas, flaccidas, cruentas, minùſq; dentibus adhærentes.

*Linim. Cephalicum.*

℞ Ol. Nuc. Moſc. expreſſ. & Ol. Palm. ā ℥iſs. Ol. Garyoph. Roriſmar. Salv. ā ℈j. m.

Ad Capitis debilitatem, dolorem, hebetudinem, Affectus frigidos, pituitoſos, & Catarrhoſos. Utrùm verò externè applicata Cerebrum ipſum afficiunt nec ne, equidem dubito: Illud enim intra Cranium (quaſi pyxidem oſſeam) tàm omninò, & ſtrictim includitur, ut cum Pericranio vix ullam habere communicationem ſuſpicer: Utut verò iſta res ſe habuerit, multi tamen poſſunt eſſe Pericranii primariò affecti caſus, qui externorum uſum permittunt; & poſtulant: Atq; licèt materia Catarrhi non defluat è Cerebro; nihilominùs Defluxionum origo ferè â Sincipite, & è ſummo Vertice ducitur, in quo humor extra Calvariam, & ſubter Cutim congeri ſolet, qui per Pericranium, in adhærentem membranam deſtillat; ac demum in Oculos, Aures, Maxillas, Cervicem, Dentes, Uvulam, &c. irruit.

Nil mirum verò tenues hoſce Humores ità deſcendere poſſe; cùm Sanguini etiam ipſi (quando ob contuſionem, & vaſorum rupturam ibi ſuffunditur) meatus ſat faciles patent. Ità enim Meekren (in Epiſt. ad Barbette) In aperto Cranio P. Jacobi, ſententiam Tulpii veram inveni; In Vulneribus nempè Capitis, Sanguinem per Aures copioſè ſæpiùs effluentem, à ſuperiori Capitis parte ſenſim intra

Cranium, & Pericranium deſcendere; ſicq; ſimul ſpatium quod eſt inter Os Parietale, & Petroſum intrare: indè ulteriùs tranſcolari (quaſi per Cribrum) in meatum auditorium.

*Linimentum Frontale.*

℞ Ung. de Alabaſtro ℥ij. Ol. Roſ. ℥vj. Opii. gr. xvj. Camph. gr. viij. Ol. Nuc. Moſc. gut. iv. m.

Fronti, & Temporibus adhibeatur, ad Somnum conciliandum, & Cephalalgiam demulcendam. Locum habet verò, non quando cauſa eſt in Cerebro ipſo, ſed in partibus duntaxat Externis: atq; de eo certi ſimus, ſi Frons multum caleat, & Dolor ſit pulſatilis.

*Linim. Hæmorrhoidale.*

Ung. Popul. ℥ij. Ol. Ovor. ℥vj. Sacch. Saturni ℈ij. Opii. gr. viij. Ol. Succini gut. xvj. m.

Hæmorrhoides cæcæ fiunt propter mucoſam craſſam materiam ſtagnantem, vaſa obſtruentem, & circulationem prohibentem; exindeq; neceſſariò Tumorem, Tenſionem, Inflammationem, & Dolorem, excitantem. Atq; hoc Linimentum ideò multùm prodeſt, quià attenuat, diſcutit, dolorem ſopit, inflammationem ſedat, & vaſa varicoſa ad juſtum tenorem contrahendo reducit.

*Lini-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0182-3

*Linimentum Laterale.*

℞ Ung. Dialth. ℥vj. Ol. Lil. Ol. Laterit. ā ℥iij. Camph, ʒſs. m.

Lævigat, lubricat, & in ordinem componit fibrillas quæ (ob ſpaſmos dolorificos) tenſas, rigidas, & confusâ ſerie corrugatas ſe habentes, canaliculos internos torquendo depravant, & ſpiracula cutanea ſtringendo obſerant. Dein porrò, liquat, exagitat, & diſcutit lympham gelatinoſam minutilos partium tranſitus obſtipantem, Cruoris itinera præpedientem & Inflammationem inducentem. Atq; his modis, cum poros aperiat; circulationem reſtituat, inflammationem tollat, & dolorem ſedet, ſummè conducat neceſſe eſt in cruciatibus lateralibus, quandò Muſculi præſertim, & partes externæ afficiuntur. In verâ autèm internâ membranosâ Pleuritide, & Peripnuemoniâ, nunquam vel minimum quidèm opis attuliſſe adhuc memini, neq; eò uſq; pertingere poſſe veriſimile eſt. Pannus Wallicus hoc calido imbutus ſuper locum dolentem applicetur: & illinitio bis in die repetatur.

Antequam Linimentis, aut Inunctionibus utemur, conducet Fovere partem ſpongiâ Decoctis attenuantibus, & diſcutientibus imbutâ; ut & Inunctiones altiùs penetrent; & materia ab actuali, & potentiali colore attenuata, aut per ſe Diſſipari poſſit; aut medicamentis è corpore educatur.

*Linimintum Paralyticum.*

Ung. Martiati ℥ij. Petrol. Ol. Spicæ ā ℥iij.

Pul. Euphorb. ℈j. Ol. Succini ʒiſs. Ol. Roriſmar. ʒſs m.

Membrum reſolutum hoc Linimento fortitèr affricetur bis tervè quotidiè, ad Nervos ſc. ſucco viſcido obſtructos deobſtruendos, & Spirituum irradiationem redintegrandam; ad Fibras laxè conniventes, in ordinem vindicandas, & tenſionem ritè tonicam iis conciliandam; atq; ad Sanguinis curſum per partem promovendum, & Calorem naturalem reſuſcitandum. Summè notandum verò, aliquando uſu venire, partem paralyticè affectam, ab intensè nimis calidis, rigidam contracturam, cum maximo ægrotantis damno, pati: Idq; tunc præſertim evenire duxi, quando temperamentum adeſt calidum; & quando Reſolutionis cauſa non in parte reſolutâ ipsâ, ſed in Cerebro, aut Membro longè diſſito ſubſiſtit; undè pars ſatis ex ſe ſana, & ritè conformata, ſolummodò per Eclypſeos modum patitur: in iſto enim caſu, ſi immoderata, & ultra, quàm partis temperies ferre poteſt, adhibeantur calentia, & exſiccantia; Fibras motrices torrendo, ſiccando, & contrahendo; Spirituſq; inſitos diſſipando, noxam illis ægrè curabilem inferre queant: ad Motum quippè illæ omninò ſunt ineptæ, niſi molles, flexiles, humidæ, & lubricæ perſtent.

### *Linim. Spinale.*

℞ Urinæ ſanæ, Vini Moſcatel. Ol. è ped. Bov. ā ℥ij Sperm. Ceti ʒij. Mac. ʒj. coq. ad ℥iv. & col.

Ad Rachitidem quidam hoc habuit pro Secreto,

creto, quo Spinam dorſi, à Nuchâ primùm ordinendo, atq; deinceps ſucceſſivè deſcendendo, confricare ſolebat. Quoniam hic morbus à Medullæ ſpinalis obſtructione, & debilitate oritur, Unguenta Corroborautia, & Aperientia ſunt proficua: ſed quoniàm Infantes ſolummodò tenellos; & carne flaccidâ donatos invadere ſolet; non impensè calida in uſum duci debent.

### *Litus Facialis.*

℞ Fell. Bov. N° iij. Sp. Vin. rect. ℔iij. extrah. Tinct. quæ ad Mellis conſiſt. exhal. tùm diſſolve totum Extractum in Succi Limon. ℥ij. adde Mercur. dulc. pul. ʒiij. Sal Vitrioli ʒij. Borac. Ven. ʒj. Fæcul. Ari ʒiſs. digere ad Solem 4 dies; f. col. quæ exhalet ad Mellis conſiſtentiam.

Ad maculas Ephelides, Lentiginem, Ruborem, Puſtulas, Guttam Roſaceam, & Faciei quæcunq; deturpamina, illinatur parti tèr in die.

### *Lixivii Hydropici* ℔iiij.

℞ Ciner. Geniſtæ, & Cort. Fabar. ā ℥ij. Succi Petroſel. ℥iiij. Vini albi ℔iiij. f. Lixiv. col. adde Sal. Tart. ʒj. Lig. Saſſaph. ℥j. Bac. Lauri. Junip. Sem. Dauci Sylv. Sinap. Cymini, & Aniſi contuſ. ā ℥ſs. infundè frigidè 2 dies. Col. adde Aq. Raph. comp. ℥iiij. m.

Ebibantur ℥iiij. bis in die ſingulis doſibus addendo Spir. Cochl. gut. xxx.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0185-0 DFG

*Lohoch. de. Allio* ℥ij.

℞ Lohoch. ſan. ℥iſs. Allii cond. (ſecundum Pharm. Bat.) ℥ſs. Gum. Ammon. (Vino albo ſolut. & col.) ʒj. Pul. Ari comp. & Myrrhæ ā ʒſs. m.

Materiam craſſam Bronchiorum tubis, quinimò & Tracheæ veſiculis ultimis impactam potentèr incidit; illàmq; dein (fibras motrices pungendo, Tuſſimq; provocando) fortitèr exterminat. Allium enim particulis acribus, volatilibus, tàm mirè penetrantibus, omnia pervadentibus, & ſtimulantibus donatur, ut ejus odorem (inquit Bennet) exhalando Fonticulos pervadere; & eorum labra incidendo vellicare, comperiamus. Et (obſervante Lowero) ſi Emplaſtra ex Allio contuſo Pedum plantis applicentur; Oris halitus Allium ſpirabit. Hoc verò remedium minimè convenit, ubi datur Catarrhus tenuis acris; Sputum cruentum, Conſtitutio calida; Sanguiniſvè, aut Præcordiorum æſtuatio.

*Lohoch. Apophlegmatici* ℥iiij.

℞ Syr. Hyſſopi ℥iiſs. Ol. Amygd. dulc. ℥j. Ol. Aniſi gut. ij. Tinct. Myrrhæ ʒj. Pul. Rad. Ireos Florent. ℈iv. Flor. Benzo. ℈ſs. Pul. Nicotianæ gr. iv. m.

Non ſolùm Incidendo, ſed & partes pungendo, Salivam limpidam alliciendo, Pituitam craſſam incidendo; Glandulas exonerando, & vias lubricando, Phlegma viſcidum è gulâ educit: atq; uſui eſt, quandocunq; Uvula, Parotides, & Gulæ partes internæ tument;

ment; Saburrà mucosâ aggravantur; & quando Screatus eſt provocandus; & Tuſſis deficiens arte revocanda.

### *Lohoch. Aſthmatici* ℥iiijſs.

℞ Syr. Hed. terr. de Praſſio ā ℥iſs. Oxym. ſimpl. ℥j. Pul. Ari comp. Rad. Ireos, Gum. Ammon. (Aq. Cinnam. ſol. & col.) ā ʒj. Elix. Prop. (cum Ol. Sulph. parati) ʒſs. Flor. Benzo. gr. xij. m.

Viribus inſignitur iiſdem ac illud de Allio; nempè potentèr Incidit; Tuſſim provocat; Expectorat: hoc verò obtinet privilegii, quòd Sanguinis maſſam non exacuat, aut accendat; atq; id proptèr craſi calidâ conſtitutis, & actu febricitantibus (uti ſunt Aſthmatici) magis eſt idoneum.

### *Lohoch. Balſamici* ℥iij.

℞ Balſ. Tolut. (pulv. & ſolut. in vitello ovi) ℥ſs. Lohoch. ſan. ℥j. Balſ. Peruv. gut. iv. Syr. Tuſſilag. q. ſ. m.

Integrè poſſidet omnes illas dotes, quæ de Electuario Balſamico ſuprà memorantur; hoc tamèn cum auctuario, quòd quoniàm palato longè magis gratificatur, Delicatulis, nauſeantibus, & Capivii amarorem horrentibus commodius offertur.

### *Lohoch. Bechicum.*

℞ Troch. Bech. nig. pulv. ʒij. Lohoch. ſan. ℥ſs. Syr. Jujub. q. ſ. m.

Acorem obtundit; irritationem ſedat; obli-

nit, lubricat, incraſſat, & maturat. tùnc præſertim ex uſu eſt, quotiès Serum acre, & tenue è glandulis extillans, Laryngem continuò titillat, & Tuſſi perpetim recurrenti crudelitèr fatigat.

*Lohoch. Commune.*

℞ Troch. Bech. alb. pul. ʒiij. Ol. Amygd. dulc. Syr. de Alth. ā ℥iſs. m.

Partes Gulæ æſtuantes, torrefactas, & aſperas, magis refrigerat, humectat, & lubricat, quàm ſuperius illud Bechicum: momento minùs autèm oblinit, incraſſat, & maturat. Febricitantibus gulæ aſperitate, deglutiendi difficultate, aut Raucedine affectis; Itèm Tuſſi, à materiâ medio modo inter craſſam & tenuem conſtitutâ, vexatis, utiliſſimè præſcribitur.

*Lohoch. Enulati* ℥iiij.

℞ Pul. Rad. Enulæ. Ireos Florent. Glycyrrh. Terræ Japon. ā ʒij. Ol. Aniſi gut. ij. Syr. de Mecon. ℥iij. vel q. ſ. m.

Mixto modo operatur; ſc. primò materiam in gulâ aggeſtam attenuat, & educit; deindè irritationem ſedat, ulterioremq; ſeri acris extillationem refrænat; atq; tùnc præcipuè indicatur, quandò materia Catarrhalis lente defluit; & aggeſtionis, potiùs quam acoris ratione, Tuſſim excitat: qualis eſt iſta Tuſſis, quæ mane potiſſimùm repetere ſolet; & ſaburrà aggravante plenariè evacuatâ, per totum diem inducias concedit; neq; multùm indè ampliùs ante fatigat, quàm nova colluvies

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0188-7 DFG

vies ad tùrgeſcentiam depoſita eam denuò reſuſcitet.

*Lohoch. Haly* ℥ij.

℞ Pul. Haly recèns parati ℥ſs. Diacodii q. ſ. m.

Potentiſſimè incraſſat, Acorem obtundit, partes demulcet, & titillantem Tuſſim ſedat: atq; ità Catarrho tenui præcisè appropriatur. Phthiſicis quidèm confert, non diffitear; illud verò ſecundariò tantùm, quatenùs nempè tuſſim gutturalem placat, quæ continuâ ſuccuſſatione Pulmones alias exagitare, & (antliæ in modum) ſerum acre in eos attrahere ſolet, non verò primariò Pulmones afficit, in quos deſcendere nequit. Aſpera enim Arteria, quâdam Naturæ providentiâ, nerveâ membranâ tàm exquiſiti ſensùs intùs cooperitur, ut nihil omnino (præter Aerem) nè gutulam quidèm aquæ limpidæ, nedùm vel Salivæ ipſius (quamvis congeneris adeò liquoris) abſq; gravi moleſtiâ, & renitentiâ, admittere poteſt; eamq; ſtatim totis viribus, & ſtrangulatoriis nixibus, rejicere conatur. Ratum ergò habeatur, quòd nullum Eclegma, neq; quicquam aliud medicamenti (præter vapores, & Suffitus) in Pulmones directè, & immediatè convehatur: & quodcunq; remedium eos maximè afficit (uti Balſamica, & Volatilia) mediatè ſolùm, & per Sanguinis curriculum (neq; Natura aliam novit viam) in ductus Tracheales ſuffundatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0189-6 DFG

*Lohoch. Japonicum.*

℞ Pul. Ter. Japon. ʒij. Album. Ovi conquaſſ. ʒvj. Syr. de Symph. q. ſ. m.

Optimè meretur adverſus Hæmoptoen, Sanguinem enim refrigerat, & incraſſat: Tuſſim catarrhalem Pulmones lacerantem ſiſtit; vaſorumq; ora rupta, & dehiſcentia claudit, & obſignat.

*Lohoch. Incraſſans.*

℞ Pul. rad. Alth. ʒiij. Flor. Sulph. ʒj. Gum. Arab. pul. ʒſs. Alb. Ovi conquaſſ. ℥j. Syr. Alth. q. ſ. m.

Egregiè prodeſt in omnibus defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, & ſalſis, in Aſperam arteriam ſuffuſis, & continua tuſſi inſomnium creantibus.

*Lohoch. Lævigans.*

℞ Syr. Alth. Alb. Ovi conquaſſ. ã ℥j. Sacch. penid. ℥ſs. m.

Febricitantibus, contra Linguæ, Faucium, & Gutturis æſtum, ſiccitatem, ſcabritiem, rigiditatem, excoriationem, & dolorem, à Salivæ, vel deficientis, vel depravatæ culpâ ortas, ſolatio eſt inſigni, & adjumento.

*Lohoch. de Lino.*

℞ Ol. Lini recèns expreſ. Pul. Sacch. candi albi Syr. è ſucco Hed. terr. ã ℥ſs. Pul. Ireos

os Florent. ʒj. Flor. Sulph. ʒſs. Tinct. G. Ammon. gut. xij. Ol. Aniſi gut. iiij. Sal. CC. volat. gr. vj. m.

Phlegma craſſum incidit, Expectorat: & optimè inſervit adverſus Pleuritidem, & Orthopnæam.

### *Lohoch. Lucatelli.*

℞ Conſ. Roſ. rub. ℥ij. Conſ. fruct. Cynosb. ℥j. Balſ. Lucatel. ʒiij. Syr. è Symph. q. ſ. m.

Quamvis Eclegmatum deſcenſum immediatum in Pulmones ſuprà pernegavi; eorum tamèn in eos (mediante ſanguine) admiſſionem animitùs aſtruxi: hicq; jam ſubnectere libet, omnia vera Pulmonica, ex ejuſmodi particulis conſtare, quæ in cruorem ſuffuſæ, à maſſâ ſanguineâ ſubigi, & aſſimilari nequeunt; & quià non miſcibiles ſunt, denuò ſtatim exterminatæ ex Arteriis pneumonicis, in ductus tracheales penetrant; ibiq; variè pro variâ quâ pollent indole, operationes edunt. ità Volatilia incidunt, aperiunt, ſtimulant; & Balſamica Tubercula diſcutiunt, & diſtentiones rupturaſq; ſanant. Sed ſpeciatim ut de hujus Balſamici Linctûs virtutibus brevitèr dicam; Tuſſim gutturalem Pulmones exagitantem, & lacerantem ſiſtit; veſiculaſq; tracheales tumidas, tenſas, & læſas detergit, & ſanat.

### *Lohoch. Mucilaginoſum.*

℞ Sem. Pſyllii. Cydon. ā ʒiſs. decoq. in Aq. Roſ. q. ſ. ad Mucilaginis extractionem; col.

col. ℥iv. adde Alb. Ov. conquaſſ. N° j. Sacch. candi albi pulv. ʒv. m.

Hoc viribus æquat, forsàn & ſuperat ſupradictum Lohoch. Lævigans.

*Lohoch. Myrrhiſatum.*

℞ Myrrhæ pulv. ʒij. Croci ℈ſs. Nuc. Moſc. ʒſs. Mellis ℥ij. m.

Fido huic Thoracico conceſſum eſt, (ut mediante ſanguine) ad intima Pulmonum penetralia promptè admittatur; ibiq; materiam craſſam impactam reſolvat; putredinoſam corrigat; tubulos, & veſiculas detergat; Tubercula diſſipet, excoriationes, minutilaſq; continui ſolutiones ſanet; totos Pulmones balſamo condiat; fibriſq; tonum roburq; impertiat. Phthiſicis (ut compendio agam) primo adhùc ſtadio verſantibus optatiſſimum eſt, præſtantiſſimumq; profecto remedium.

*Lohoch. Oleoſi ℥iiijſs.*

℞ Ol. Amygd. dulc. Syr. Capill. Vene. ā ℥iſs. Pul. Sacch. candi albi ℥j. Glycyrrh. ʒſs. m.

*Lohoch. de Olibano.*

℞ Pul. Olib. ʒj Fl. Balauſt. ℈j. Mel. Roſ. ℥ij. Sp. Vitrioli q. ſ. m.

Faucium, & Gulæ excoriationibus ſanandis commodè inſervit.

*Lohoch. Peruvianum.*

Lohoch. ſani ℥iſs. Balſ. Peruv. ʒiſs. m.

*Lohoch. Pleuriticum.*

℞ Syr. Papav. errat. Ol. Lin. ā ℥ij. Ol. Aniſi gut. ij. Sacch. ʒij. m.
Idoneum eſt in verâ Pleuritide, & Peripneumoniâ, anhelitùs difficultate, & ſputo cruento comitatâ; dolorem lenit, aperit, maturat, vias lubricat, & expectorat.

*Lohoch. Rubrum.*

℞ Conſ. fruct. Cynosb. ℥ſs. Syr. bac. Samb. Ol. Amygd. dulc. ā ℥j. m.
Elegantiſſimum viſui, & jucundiſſimum guſtui hoc Lohoch. Fauces, & Gulam torrefactas, aſperas, rigidas, contractas, ferè combuſtas, rimis, fiſſuris, & excoriatione affectas, grato mucore obducit; oleoſitate leni imbuit; Sapores in ore perceptos odioſos obliterat; Salivæ acrimoniam minuit; Sitim fallit; partes reddit lubricas, & flexiles; Deglutitionemq; facilitat. Memini cujuſdam Variolis miſerè decumbentis, qui avidiſſimè hunc Linctum devorabat, tamq; ardentèr illi inhiabat, ut ſine ſuo Aureo remedio (quo titulo illum honeſtabat) ſe vivere non poſſe, clamantèr ſæpe, & urgentèr profiteretur. Novi etiàm Infantulam unum annum natam, tuſſi violentiſſimâ, ad internecionem ferè con-

conflictantem, hoc unico linctu citò, & perfectè curatam.

*Lohoch. de Spermate Ceti* ℥iiij.

℞ Troch. Bech. Alb. Sperm. Ceti ā ʒiſs. Ol. Amygd. dulc. Syr. Balſam ā ℥iſs Conſ. fruct Cynosb. ʒvj. m.

Felici cum ſucceſſu exhibetur ad Tuſſim Catarrhalem ferinam, quæ acerbam Pectoris teneritudinem, & excoriationem induxit. Acorem namq; obtundit; partes lubricat; & mirificè ſanat.

*Lohoch. Stypticum.*

℞ Syr. de Symph. Ol. Lini ā ℥j. Croc. Mart. aſtring. ℈iv. Sacch. Saturni ℈j. Sacch. candi albi pul. ʒiſs. m.

Ad Vomitum Sanguinis; Sputumq; cruentum apprimè utile. Cautiones verò circa Aſtringentium uſum in Hæmoptyſi. vide ſub titulo Infuſ. Roſ. comp.

*Lohoch. Viride.*

℞ Sapon. Ven. raſ. ℈ij. Ol. Amygd. dulc. Syr. Viol. ā ℥j. m.

Laryngem irritando, Tuſſim provocat; & (ultra omnia ferè quibus ditatur Reſpublica medica) vias lubricat, & Excreationem facilem, promptam, & expeditam reddit.

Atq; hic ad calcem Eclegmatum, Notatiunculas quaſdam de Pectoralibus, forsàn non omnibus paſsim clarè, & diſtinctè perſpectas;

ſpectas; nec Practicantibus omninò obſervatu inutiles libentiſſimè ſubnectam.

Primò Dulcia, Mucaginoſa, Incraſſantia, licèt Excreationem Pituitæ è Gulâ ipsâ juvare poſſint; licèt etiàm Sanguinem molliorem reddant; Humoreſq; ad Maturationem, & Evacuationem diſponere queant, Nil tamèn omninò (propriè loquendo) è Thoracis profundo exhaurire valeant: atq; ideò quotiès Sanguis eſt effætus, & in Pulmonibus ſubſiſtit ſaburra craſſa eliminanda; perperam & peſſimè præſcribuntur: Sanguinem enim mucoſo gravi chylo ulteriùs inquinabunt; Pulmoneſq; ipſos copioſiori adhùc recrementorum colluvie refercient.

Secùndò, Acria ſtimulantia, quæ in Pulmones non verè deſcendunt; ſed ſolummodò Laryngem titillando, pungendo, & irritando Tuſſim excitant; exindeq; Pulmones per conſenſum exagitando, humores ex iis ſecundariò excutiunt; hæc inquam, materiam duntaxat fiſtulis pneumonicis laxè fluitantem exantlant.: atq; ideò fruſtrà tentantur, quotiès materia copioſa tenax Bronchiis, & veſiculis adeſt impacta: quinimò & ſæpè damnosè uſurpantur, quiâ Pulmones inutiliter fatigant: eorumq; tonum nequicquàm labefactant.

Tertiò, Nulla dantur (propriè dicta) Expectorantia, præter Volatilia, & Balſamica; atq; hæc non directè per Tracheam delapſa, ſed per Sanguinem circulantem advecta, in Pulmonum vaſa, & intimos receſſus ſuffunduntur; eaq; ſola penes eſt Phlegma tenax, & materiam purulentam, gypſeamq; è Bronchiis, Veſiculis, & Tuberculis crudis ſubmovere,

vere, & exterminare: atq; ideò ubicunq; conjecturâ Medicus aſſequitur, Phthiſeos veræ fundamina cuipiam jàm in Pulmonibus jacta eſſe: futilibus aliis quibuſcunq; poſthabitis, his primariò, & præcipue inſiſtendum eſſe uſus poſtulat, atq; ille qui ſecùs fecerit, Experientiæ ſcuticâ ſerò percutietur.

*Lotio Camphorata.*

℞ Camph. inciſ. ʒij. teratur in Mortario vitreo, ſenſim affundendo Succi Limon. ℥j. dein adde Vini albi ℔j. coletur, & Camphora reſidua, petiâ ligata, in vitro ſuſpendatur.

Ad Faciei maculas, & dehoneſtamenta diſcutienda.

*Lotio Cephalica.*

℞ Fol. Lauri, Herb. Beton. Verbenæ, Majoranæ, Roriſmar. Lavend. ā Mij. coq. in Lixiv. ℔vj. ad ℔iv. ſub finem addendo Garyophyl. Nuc. Moſc. pul. ā ʒij. col.

Vires petantur è Linimento Cephalico, potentiùs verò Diſcutit, & per Diaphoreſin evacuat. Domina quædam perhoneſta mihi retulit ſe tribus ſuis liberis balbutientibus Lotionem Cephalicam frequenter adhibüiſſe, exindeq; factum eſſe, ut (Vocis Organis, proùt viſum, roboratis) inhæſitanter, & recte poſteà loquelam edere potuerint. Spongiâ huic immersâ, & expreſsâ Caput raſum calidè foveatur, per horæ quadrantem pro vicè, horis matutinis; frigoris indè ſuſceptionem diligenter cavendo.

*Lotio*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0196-5

## *Lotio Facialis.*

℞ Litharg. Argenti pul. ℥ſs. Aceti ℥iv. coq. ad tertias; & in alio vaſe coq. Alum. & Salis ā ℥ſs. in Aq. Roſ. ℔ſs. ad deſpumationem: dein miſce utroſq; liquores.

Maculas diſpungit; Fermentum fædum cutaneum deſtruit; Materiam repellit, & intùs adigit; poroſq; occludit, nè denuò repulluleſcat. Facies bis in die lavetur; blandè confricetur; & per ſe ſiccari ſinatur.

## *Lotio Mercurialis.*

℞ Pul. Mercur. ſublim. ℥j. pone in vaſe ſtanneo cum Aq. ℔iij. ſtent 24 horas (cum ſpatulâ lignea ſubindè agitando) donec liquor nigreſcat, acità perſtet; tandèm coletur per chartam, ut fiat liquor limpidus.

Medicamentum hoc contra turpitudinem quamcunq; Cutaneam inſignitèr juvat, quatenùs nempè humores intra porulos, & foraminula, ut minutiſſima, impactos expedit; Salium, aut Sulphurum combinationes inveteratas, & pertinaces diſſolvit; totamq; ubi applicatur cutim, quoad meatus ejus malè conformatam, reſtituit, & ἔυροον facit: quapròptèr non tantùm ad Faciei maculas abſtergendas, ſed etiam ad Puſtulas, & Ruborem ejus; nec non ad Affectus Eryſipelat ώδεις & Puncta in facie nigricantia tollenda, & Animalcula ibi nidulantia necanda, utile eſt.

Attamèn aliquandò male cedit, namq; Hydrargyri particulæ unà cum ſalibus (à quibus

in minutias dividuntur, acuunturq; Faciei applicatæ, materiam indè noxiam, & deſædatoriam poris excutiunt, ac depellunt, eam verò intus repercuſſam inſequuntur, & propedièm Sanguini, & Nervis (quorum craſes lædunt) ſe facilè inſinuant: quinimò horum commeatu, ſæpiſſimè Cerebro, & nonnunquàm Præcordiis, Dentibus & Partibus aliis virulentiam ſuam, non rarò poſteà indelebilem, imprimunt.

## *Lotio Pedalis.*

℞ Capit. Papav. albi (cum Sem. contuſ. ℥iv. Fol. Salicis, Herb. Lactucæ, Malvæ, Viol. ā Mij. coq. in Aq. & Lact. ā ℔v. ad ℔viij. col. diſſol. Nitri ℥iv. m.

Æger in hâc calentiſſimâ factâ immiſſis pedibus ſedeat per horam dimidiam: deinde lectum petat; & quieti ſe componens ſomnum expectet.

In Febribus plurimùm æſtuoſis, quandò Sanguis acer, fervidus, & ebulliens, impetu facto, Cerebrum tumultuariè petit, & ubi Spiritus accendit, inq; Diſtractiones, & Furias agit, undè Capitis ardor, ſuſurri, bombi, ſtrepitus, conturbatio inexplicabilis, truculentæ rerum imagines, terror, furor, Delirium, & Vigiliæ concitantur; In hoc inquam caſu Pedilavium Potentiâ frigidum, & Actu calidum, ſuppetias afferre poteſt, propterea quòd Sanguinis motum Inferiora verſus ſollicitet; nec tamèn eum magis accendit, & conturbat, ſed potiùs e contrâ refrigerat, & ſedat.

Sciendum enim eſt primò, in Corpore noſtro,

ſtro, Duos planè diſtinctos eſſe Sanguinis Magnos, & Provinciales Circulos, unum nempè per Arteriam Aſcendentem in partes ſupra Cor ſitas, atq; Alterum per Deſcendentem, in ſubter ſitas. Secundò, Quò rapidiùs, & pleniori fluento Sanguis in Inferiorem Provinciam irruit, eò placidiùs, & minori rivo in oppoſitam ſuperiorem influere neceſſe eſſe, & è contrà. Atq; hoc Fundamento nititur rationalis doctrina de Revulſione Univerſali.

At verò hic ſummè notandum, quòd in Febribus mali moris, quandò Sanguis non violentèr effervеſcit, & irruit, ſed potiùs Cerebrum vix ſatis irrigat, & vivificat, Etiam & quando Spirituum inopia, abrupta ſeries, ab invicem diſtractio, & diſſipatio, Vigilias, & Deliria pariunt: In hoc, inquam, caſu Pedum lotio prorsùs noxia eſſe deprehenditur, quià Circulum Inferiorem quò magis adauget, eodem dimenſo Superiorem minuit, exindeq; Cerebrum ſanguine, & Spiritibus defraudat.

## *Mel Paſſulatum.*

℞ Uvar. Paſſ. à Staminibus, & acinis mundat; ℔ij. Uvar. Corinth. lot ℔j. Jujub. ℔ſs. terantur in mortario, Coq. in Aq. Hord. q. ſ. f. Expreſſio fortis, cui per ſubſidentiam depur. & rursùs col. adde Mellis deſpum. & Sacch. cryſtal. ā ℥iiij. coq. lento igne, & reduc ad Mellis conſiſtentiam.

Inter Pectoralia Incraſſantia, & Demulcentia præſtantiora, locum habere meretur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0199-5

## *Miſtura Acoviſtica.*

℞ Tinct. Caſtor. ʒij. Ol. Salv. Roriſmar. Garyoph. Major. ā gut. ij. m.

Auris partes internas roborat, Tympani laxatum tonum reſtituit; Nervum Auditorium obſtructum aperit; Spirituumq; commeatum liberiorem allicit: Multùm valet contra Tinnitum, & ſurditatem. Sin verò Auris cerumine, & ſordibus inferciatur, ante hujus uſum debet, ope liquoris appropriati, per ſyringam injecti, repurgari. Gut. iij. Cotone, vel Lanâ exceptæ in Aurem immittantur; & ſingulis diebus Veſperi renoventur.

## *Miſtura Aromatica.*

℞ Tinct. Sal. Tart. ʒvj. Ol. Cinnam. Garyoph. Nuc. Moſc. ā gut. vj. Piperis, Abſint. Ment. ā gut. iij. m.

Vel fieri poteſt Aromatica volatilis Recipiendo Tinct. Tart. ℥ſs. Sp. Sal. Armon. ʒij. & olea dicta.

Stomacho apprimè utilis eſt; ejus Calorem, & robur fovet; Inflationes diſcutit; Cibi faſtidium tollit; Appetentiam excitat; Concoctionem promovet. Doſ. gut. xx. vel xxx. ex hauſtu Vini Canar. vel. Albi.

## *Miſtura Aſthmatica.*

℞ Aq. Papav. errat. ℥x. Oxym. Scillit. ℥ij. m.

In hoc Affectu ut plurimùm deprehendere eſt,

San-

Sanguinem æſtuoſè bullientem; Obſtructionem Bronchiorum phlegmaticam; Conſtrictionemq; fibrarum ſpaſmodicam; quibus omnibus directè it obviàm hæc Miſtura. Dentur ℥iv. bis, tervè in die Paroxyſmo urgente.

*Miſtura Aurea.*

℞ Succi Chermes col. ℥ſs. Syr. Garyoph. & è Rubo Idæo ā ℥ij. Ol. Nuc. Moſch. gut. ij. Ol. Garyoph. gut. j. Fol. Auri N° v. m.

Virtutis magis quam Subſtantiæ reſpectu verè Aureum hoc Remedium, tùm Matrem, tùm Fœtum ſingularitèr adeò reficit; vigoremq; & vitalitatem utriſq; impertit; ut ſi per Menſem ante Puerperium, ad cochl. j. bis in die uſurpetur, feliciſſimum Partum, vividumq; Infantem reddere pote ſit.

*Miſt. Balſamica.*

℞ Balſ. Capiv. ℥ſs. Vitel. Ov. N° ij. Syr. albi ℥ij. Vini albi ℥viij. m. & col.

Copayba longè nobiliſſimum eſſe remedium expertus ſum; ac inter Balſama præſtantiſſima primas obtinere dignum judico: Quoniàm verò nondùm ſatis pro merito paſſim omnibus innotuerit; quaſdam ejus proprietates hic coràm ſiſtere, & brevitèr explicare lubens ſuſtinebo.

Sapore donatur Amaro, Acri, Terebinthinaceo, admodùm penetranti, & in ore durabili: & licèt videatur eſſe quædam Terebinthinæ ſpecies; Urinam tamen Odore violaceo minimè inficit; illam verò Sapore manifeſte amaro imbuit, ejuſq; & Seri ſanguinis,

& Salivæ, muriaticam ſalſedinem mirificè delet.

Sanguini Balſamicum characterem imprimit, illiuſq; Cachexiæ ſcorbuticæ, rancidæ, & putredinali medetur. Valet (non tantùm externe applicatum, ſed & internè etiàm exhibitum) ad Ulcera ſananda; ad Paralyſin, Arthritidem, Dorſi debilitatem, doloremq; nec non ad Fluorem album, & Gonorrhæam.

Renes, Ureteres, & Veſicam, Arenulis, Muco, aut Pure obſtructos, relaxatos, aut Ulceroſos, mirum quantùm Detergit, Firmat, & Sanat.

Urinam ciet; ejus ardorem extinguit: Contentaq; cruenta, & fæda, & purulenta, præ omnibus (quantùm novi) aliis, efficacitèr expurgat. Novi quendam chylum pro lotio excernentem, hujus beneficio integrè ſanitati reſtitutum.

Thoracicum juſtè audit Optimum; Bronchia detergit; Pulmonibus tonum, & ſanitatem conciliat; atq; (uti opinatus ſum) Tubercula cruda diſſolvit, Etenim obſervavi Tuſſes horrendùm periculoſas, & Phthiſin apertè minitantes hujus ſolius uſu (ultra omnium expectationem) penitùs percuratas: Atq; licet intensè amarum, & manifeſtè calidum ſit; Hecticis tamèn optimè convenire notavi; quià ſalſedinem nempe, & acrimoniam tàm potenter domat, putredinalemq; inquinationem obliterat.

Si ad ʒij. vel ʒiij. pro doſi, ſub formâ potionis albæ propinetur, æq; Catharſin molitur, ac ipſa Terebinthina.

Aliqui celebrant ad Diarrhæam, & Dyſenteriam: de hiſce verò Virtutibus nihil adhùc habeo experientiâ compertum.

Ut finem tandem faciam; hæc Miſtura nullius omninò inconvenientiæ cauſari poteſt; niſi id forsàn illi detur vitio, quòd Palato non multùm adblanditur. Detur cochl. j. mane, & veſperi quotidiè per ſat longum temporis curſum; ſi verò alvum juſto magis laxaverit; vel dòſis minuatur; vel per vices ſubinde omittatur.

*Miſtura Bechica.*

℞ Diacod. ℥iſs. Mithrid. Diaſcord. ā ʒj. Lohoch. ſan. ʒij. Aq. Puleg. ℥iv. m.

Strenue militat contra Tuſſim; à frigore ſuſcepto contractam, dùm adhùc recens eſt, tenueq; rheuma è glandulis expuitur: Incraſſat enim, obtundit, lubricat, ſpirituum irritationes placat, & Diaphoreſin molitur. Detur pro hauſtu ſingulari lectum petituro.

*Miſt. de Bolo.*

℞ Aq. Cinnam. hord. ℥iv. Aq. Ment. Syr. Myrt. (vel è Roſ. Sicc.) ā ℥j. Boli pul. ℈ij. Diaſcord. ʒij. Ol. Garyoph. gut. j. Laud. liq. gut. xxx. m. pro duabus doſibus.

Inteſtina confortat, roborat, & moderatè conſtringit; eorum dolorem, nixuſq; ſpaſmodicos conſopit, humorumq; vaporumq; acrium radios ad corporis extrema, & foràs, per diaphoreſin amandat; atq; ità ad Diarrhæam ſymptomaticam, Hypercatharſinq; medicandam remedium eſt omnibus numeris inſtructum.

Quoniàm Bolus hanc miſturam ingreditur, arreptâ obiter occaſione, paragraphum ſequentem ex Wedelio (Alcali, & Acidi Patronis legendum) hùc transferre fert animus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0203-9

Notandum (inquit ille) teſte experientiâ, Terrea & Bilem præcipitare, ac Acidos Succos, ipſoſq; Seroſos abſorbere; Undè concludi abſolute non valet, Ubicunq; proſunt medicamenta Alcalina, ibi peccare Acidum; teſtatur enim Experientia, in plurimis ægris, & affectibus, Terrea prodeſſe, ubi omnium conſenſu, Acidum non peccat, ſed Bilis regurgitat, & ſpumeſcit, quam diſſociant, inhibent, & in motu ſuo præternaturali refrænant.

Quibus conſentaneum eſt hoc Domini Floyeri experimentum, quòd Species Decocti amari Lixivio è teſtis Oſtrearum parato incoctæ, Amaritudinem deponunt, & ſubdulceſcunt.

*Miſt. Cardiacæ Aquoſæ* ℔ij. ℥x.

℞ Aq. Ceraſ. nig. Aq. Lact. Alexit. ā ℥xii. Aq. Cinnam. hord. Epidem. ā ℥viij. Aq. Cœleſt. ℥ij. m.

*Miſt. Cardiacæ Edulcorantis* ℥vj.

℞ Syr. Garyoph. ℥iv. Syr. è Rubo Idæo ℥iſs. Confect. Alkerm. ʒſs. Ol. Nuc. Moſc. gt. iv. m.

Hæ duæ Miſturæ ideò ſunt excogitatæ, ut compendioſè agatur, & exinde ſubitò, & extempore Julapium Cordiale diſpenſetur. Si enim in officinis præſtò ſemper aſſerventur; vix horæ minutum exiget tota compoſitio in hunc modum præſcribenda. ℞ Miſt. Card. Aq. ℥xſs. Miſt. Card. Edulc. ℥iſs. m.

*Miſt. Cardiacæ Oleoſæ* ℥x.

℞ Vitel, Ov. N° ij. Ol. Cinnam. Nuc. Moſc.

Moſc. ā gut. iiij. Sacch. alb. ℥ſs. Succi Cherm. ʒij Vini Canar. ℥viij. m. col. Ingerantur cochl. iij. in languoribus.

*Miſt. Carminativæ* ℔j.

℞ Vin. Canar. & Albi ā ℥vj. Spir. Vini opt. non rectif. ℥ij. Vitel. Ov. N° j. Sacch. albi ℥j. Ol. Junip. gut. xxxij. Ol. Nuc. Moſc. Carui, Fœnic. Aniſi ā gut. viij. m.

Pro Doſi præbeantur cochl. v.

*Miſtura Clyſteriſans.*

℞ Syr. è Spinâ Cerv. ℥ij. Elect. Lenit. ℥j. Spec. Hieræ ʒj. m.

Vide Enema Purgans.

*Miſt. Colica.*

℞ Tinct. Rhab. ℥iſs. Pul. Rhab. ʒſs. Syr. Roſ. Sol. ℥ſs. Pul. Piperis longi gr. iij. Ol. Aniſi gut. ij. m.

In enormi Vomitione, & horrendis Torminibus adjici debent Laud. liq gut. xx. vel xxx. & Sal. Abſint. ℈ſs.

*Miſturæ Conſolantis* ℔j.

℞ Vini Xeroenſis ℔ſs. Aq. Cinnam. fort. ℥iv. Aq. Roſ. Sacch. candi ā ʒij. Succi Chermes col. ℥j. Spec. Lætif. Galeni ʒij. Fol. Auri N° iv. Ol. Nuc. Moſc. gut. iv. m.

Hoc Pharmacum expiſcatus ſum à Generoſo quodam perhonorando, in cujus familiâ pro ſacro depoſito, & ſummo ſecreto fuiſſet con-

ſervatum; atq; à Matre ad Filiam conſtanti ſucceſſione, per aliquot Generationes religiosè traditum. Concoctionem juvat; Cruditates corrigit; Flatus diſſipat, Calorem naturalem fovet; Gravidas languentes ſpecificè recreàt; Fœtum debilem conſolatur; Abortum à Spirituum dejectione oriturum præcavet; vireſq; vigoremq; quo Partùs opus felicitèr peragatur, optatò ſuppeditat. Solùm languentibus inſcribitur, & nullo modo ſuaderem Conſtitutione firmâ, & calidâ utentibus, Plethoricis, & Menſium fluxioni obnoxiis uſurpandum. Propinentur ℥ij. manè, & veſperi quotiès virium lapſus expoſcerit; atq; ultimo præſertim ingravidationis menſe, uſq; ad Partum.

### *Miſturæ Corallatæ* ℥vj.

℞ Coral. rub. ſubtiliſſimè lævigati ʒij. Sal. Abſint. ℈iv. Succi Limon. ℥iv. Aq. Cinnam. fort. ℥ii. m. ſtent in vitro capaci.

Ventriculi ſubverſionem, nixumq; Vomitorium, quaſi Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, mire reprimit. Sæpiùs obſervavi in Febribus continuis, angore Stomachali, & Vomitione ſymptomaticâ miſerè affligentibus, plus levaminis ab hoc unico remedio, quàm ab omnibus aliis, quæ anxiè ſtudendo, & variè tentando invenire potui, advenisse. Dentur cochl. ij. ſingulis horis, vaſe priùs probè agitato.

### *Miſtura Diaſulphuris.*

℞ Syr. è Succo Cynogl. ℥iiij. Balſ. Sulph. Aniſati gut. 80 m. Doſ. cochl. j. veſp. & manè.

Contra Tuſſim veſpertinam, à ſero tenui acri ortam.

### *Miſt. Diuretica* ℥xij.

℞ Vini albi ℥xij. Ol. Junip. gut. xxiv. Ol. Aniſi gut. xij. Sacch. ℥iſs. m.

Pro iiij. doſibus cum Sp. Sal. Armon. gut. xx. ad Arenulas.

### *Miſtura Ecphractica* ℔vj.

℞ Summit. Pini conciſ. Mvj. coq. in Aq. ℔iv. ad ℔ij. col. fortitèr expreſſæ adde Succi depurati Cochl. hort. ℔j. Becab. Naſturt. aq. Tarax. ā ℔ſs. Aq. Raph. comp. ℔iſs. huic miſturæ diſſolve Vitrioli Martis ℈viij. per noctem reponatur, ut ſubſideat fæx lutea; dein liquori claro effuſo adde Sal. Abſith. ℈iv. Sacch. albi ℥xij. m.

Sanguinem depauperatum exaltat; fæculentum depurat; in partes ſecedentem remiſcet; & cunctantem accelerat: dein ſaburram ſcorbuticam, aut Atrabilariam in Meſenterio, Liene. Hepate, Utero, vel Habitu corporis depoſitam, & obſtructiones figentem, diſſolvit; poros, & ſuccorum itinera aperit, detergit, & tranabiles reddit: Deniq; circuitionem per minimos machinæ humanæ meatulos liberiorem vindicat; omniumq; functionum vitalium munia redintegrat, & commodè ut obeantur efficit. Doſ. ℥iv. manè, & quartâ pomeridianâ.

### *Miſturæ Epileptica* ℥vj.

℞ Aq. flor. Tiliæ, Fœnic. ā ℥ij. Syr. Stæchad. Syr. de Mecon. ā ℥j. Spir. Sal. Armon. ℈j. m. pro duabus doſibus.

Vide hauſtum Cephal. & Julap. Cephal. Ad me tranſmittebatur hæc formula à Lugduno Batavorum; & dicebatur eſſe Secretum Fred. Deckers, quod plurimùm ille æſtimat, & frequentiſſimè præſcribit: Atq; re verâ, quæ Flatus diſſipant; Spiritus depurant; & Exploſiones reprimunt (quæ hujus remedii manifeſtiſſimæ ſunt intentiones) ad Paroxyſmum Spaſmicum diſſolvendum ritè deſtinata eſſe videntur.

## *Miſtura ad Eryſipelas.*

℞ Spir. Vini ℔ſs. Theriacæ Ven. ℥ij. Piperis longi, Garyoph. ā ʒij. m.

Dr. Sydenham (cujus hoc eſt præſcriptum) Phlebotomiâ, & Catharſi primùm celebratis Fotu utitur Emollienti, Diſcutienti, & Diaphoretico, dein chartâ emporeticâ hâc miſturâ madefactâ partem affectam circumvolvit; nempè ad materiam impactam evocandam, diſcutiendamq; Emplaſtica enim, Refrigerantia, & Repellentia (præſertim ſi Faciem, aut Caput Eryſipelas occupaverit) longè ſunt periculoſiſſima.

Sed Spiritus Vini convenit (inquit Heide) quià ſubtilitate, & particularum motu, diſtortos cutis tubulos, & fibras, in naturalem ordinem reducit; atq; ità poros aperit, & materiam per Diaphoreſin educit.

Atq; hic obſervatiunculam quandam non nullius quidem momenti, adjiciam: quòd hujus applicatio Nigrorem parti inducere ſolet, qui inexpertis, & cauſam neſcientibus Gangrænæ terrorem incutere poteſt: at verò luridus iſte color nil mali ominatur, ſiquidem non

Mor-

Morbo ſpiritus perimenti, ſed Remedio cutim pingenti, omnino debetur.

1. *Miſturæ Expectorantis* ℥xij.

℞ Tinct. Benzo ℥ſs. Tinct. Croci (ſp. Vini paratæ) Tinct. Myrrhæ, Tinct. Gum. Ammon. Spir. Sal. Armon. ā ʒj. Aq. Hyſſopi ℥vj. Aq. Lumbricor. Magiſtr. ʒiij. Syr. de Praſſio ℥ij. m.

E volatilibus, acribus, penetrantibus, Gummoſis, & Balſamicis conflatur. Tituluſq; ejus Vires ſatis indicat. Sumantur cochl. ij. quotiès Pituita tenax Guttur, Thoracemvè aggravat; & Anhelitum, Tuſſimve laborioſam infert.

2. *Miſt. Expect.* ℥x.

℞ Aq. Hyſſopi ℥viij. Tinct. Benzo. ℥ſs. Tinct. G. Ammon. Sp. Sal. Armon. ā gut. 40. Ol. Aniſi gut. viij. Sacch. ʒj. m.

*Miſt. ad Gulam.*

℞ Sem. Pſyllii, Cydon. ā ʒij. coq. in Aq. ℔ſs. col. ℥iiij. adde Album. Ovi conquaſſ. N° j. Aq. Roſ. Dam. ℥ij. Syr. è Rubo Idæo ℥iſs. m.

Ad Gulæ Ardorem, Siccitatem, & Aſperitatem, ſumatur cochl. j. poſt ſingulas Oris collutiones.

*Miſturæ Hyſtericæ Aquoſæ* ℔iij.

℞ Aq. Artemiſ. Ceraſ. nig. ā ℥xij. Aq. Rutæ, Puleg. Bryon. comp. ā ℥viij. m.

In

In Officinis aſſervari vellem, ut exindè Julapia Hyſterica raptim, & ſine temporis diſpendio, hanc juxta formulam, parentur, ſcilicet.

℞ Miſt. hyſt. aq. ℥xij. Margarit. præp. ʒj. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Vel, ℞ Miſt. Hyſt. aq. ℥xſs. Tinct. Caſtor. ℈iv. Syr. Garyoph. (vel Meliſſoph. de Artemiſ. Stæchad. Pæon. comp.) ℥iſs. m.

## *Miſtura Hyſterica Spirituoſa* ℥ſs.

℞ Tinct. Aſæ fœt. (ſpir. Vini extractæ) Tinct. Galb. Tinct. Caſtor. & Spir. Sal. Armon. (vel cc.) ā ʒj. Ol. Succini gt. xxxij. m.

Hujus Miſturæ elementa quoniàm Heterogenea ſunt, non adeò ſtrictim aduniri poſſunt, quin facilè à ſe invicèm ſecedant, & poſt brevem quietem ſeparatim conſpiciantur: ſi verò paulùm vas agitetur, confeſtim denuò ſimùl confundentur, & in liquorem lactis ſpecie albidum coaleſcent.

Hyſtericis Summo eſt ſolamini; ſpeciatim verò Parturientibus, quotiès (ſpiritibus Hyſtericè conturbatis, & non vividè ſatis ad Muſculos Abdominis, Parteſq; partum promoventes, Influentibus) dolores neceſſarii deficiunt; & Uterus ad Expellendi conanima non fortitèr aſſurgit; in hoc inquam caſu, hujus uſus divinitùs quaſi opem ferre, & ſupra omnia penè auxilium miniſtrare ſolet. Præbeantur gut. xx. vel xxx. in Vehiculo idoneo; & repetantur per debitas vices.

## *Miſtura Juniperina.*

℞ Ol. Junip. ʒj. Vitel. Ovi N° j. Syr. albi ℥ij. m. & col.

Eodem artificio efficaciſſimæ poſſunt inſtitui Miſturæ ex quibuſlibet oleis chymicis, pro variâ præſcribentis intentione.

Ventriculum & Inteſtina refrigerata, flatuoſa, tono fracta, & dolentia, ſummè relevat: Renes, & Ureteres debilitatos, à muniis feriantes, & infarctos egregiè reficit, ſtimulat, & purgat. Doſ. cochl. j. bis tervè in diè, vacuo ventriculo.

## *Miſturæ Moſchatæ* ℥vj.

℞ Succi Ment. depur. ℥iv. Aq. Abſint. comp. Cinnam. fort. ā ℥j. Caſtor. pulv. ʒj. Moſchi gr. iv. Sacch. candi albi ʒiij. m.

Contra Stomachi dolorem, Vomitum, & Singultum inſtituitur. Vide Julap. Moſch. Miniſtrentur cochl. iij. per vices debitas.

## *Miſturæ Oleoſæ* ℥xij.

℞ Ol. Amygd. dulc. (vel potiùs Ol. Nuc. Jugland.) ℥ij. Syr. Alth. ℥iv. Aq. Parietar. ℥vj. Sal. Prunel. ʒj. m.

Lubricat, Relaxat, Acrimoniam obtundit & moderatè Diureſin promovet. Univerſalitèr obſervandum eſt, quòd in Paroxyſmo Nephritico, quò gravior eſt Dolor, eò minûs, & mitiora, ſunt adhibenda Diuretica; cujus ratio petenda eſt â ſupra dictis ſub titulo Hauſtus ad Arenulas, & Julap. Diuret. Aromat. Doſ. ℥iij. vel ℥iv.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0211-3

### *Miſtura Pacifica.*

℞ Laud. liqu. tartariſ. ʒij. Ol. Nuc. Moſch. Cinnam. ā gut. iv. m.

Vires habet cum Laudano communes: ſed ſpecialiùs reſpicit Vomitionem, & Diarrhæam. Inſupèr hoc modo Larva Laudano obducitur, nè facilè Patienti, aut Aſtantibus ſuboleat: quod quidem artificium ex uſu ſit perquàm neceſſario, quotiès ægri nimis vel curioſi, vel abhorrentes fuerint.

### *Miſturæ Paralyticæ* ℥ſs.

℞ Spir. Cochl. ʒij. Sp. Lavend. comp. & Caſtor. ā ʒſs. Elix. Prop. Tartariſ. ʒj. Ol. Nuc. Moſch. gt. iv. Cinnam. Garyoph. ā gt. ij. m.

Ventriculi fermentum iners acuit, ejuſq; collapſum tonum reſtituit: Sanguinem pituitoſâ colluvie inquinatum attenuat; materiamq; defæcatam, & ſubtilem Cerebro ſuppeditandam præparat; Spirituum elaſticitatem vindicat; Nervos obſtructos deoppilat; Fibraſq; motorias detergit. Commodiſſimè exhibetur ad Ventriculi debilitatem, ſive reſolutionem, propter Nervos alicubi obſtructos, excitatam, ad Paralyſin præſertim Scorbuticam: atq; ſummatim ad quoſcunq; Functionum animalium deficientium affectus.

Paralyticis autem Billioſis (nempè quorum Sanguini acri, & calido multum Salis & Sulphuris, Seriq; perexiguum ineſt) hujuſmodi Pharmaca calidiora, & particulis valdè activis prædita minùs congruunt; imò ſæpiùs officiunt: quæ tamèn Pituitoſis (quorum Sanguis

guis frigidior plurimum Seri, paucioraq; elementa activa continet) maximè proſunt.

Concedantur gut. xxx. in vehiculo appropriato tèr in die.

### *Miſtura Pectoralis* ℔ij.

℞ Decoct. Pect. ℥xxx. Tinct. Croci (Aq. Ther. paratæ) ʒvj. Tinct. Benzo. ʒij. Syr. Hed. terr. ℥iſs. Ol. Aniſi gut. j. m.

Decoctum Pectorale (ob mucilaginoſam, incraſſantem, & mitigantem, quâ comparatur, ſubſtantiam) ſuccos molles generat; Sanguinis acrimoniam retundit; ejuſq; colliquationem inhibet: Dein Crocus, Benzoe, Aniſum, & Hed. terr. (propter aromaticas, balſamicas, & volatiſes, quibus gaudent, particulas) Pulmones ipſos roborant, delicatulè ſuppungunt, & in nixus excretorios inſtigant: Atq;ità hæc miſtura & materiam Tuſſis præſcindit; & ſaburram impactam exterminat. Propinentur calidè ℥vj. ter in die.

### *Miſtura Peruviana* ℔ij.

℞ Pul. ſubtil. Cort. Peruv. ℥j. Aq. Lact. Alexit. ℔j. Aq. Ment. Cinnam. fort. Epidem. Syr. Garyoph. ā ℥iv. Ol. Nuc. Moſch. gut. iv. m.

Hic elegans & jucundus modus exhibendi Corticem in ſubſtantiâ, vix ulli unquàm faſtidium, & non niſi raró Diarrhæam excitat. Aſſumantur ℥iv. tertiis quartiſvè horis durante lucido intervallo. Vide Elect. Peruv.

*Miſtura Salina.*

℞ Aq. Puleg. ℥vj. Sal. Tart. ʒij. m.
Capiatur cochleatim in Juſculo contra Vomitionem.

*Miſturæ Saponaceæ* ℥vj.

℞ Sapon. Ven. raſ. ʒj. diſſol. in Aq. Puleg. ℥ij. adde Syr. Capill. Ven. ℥iij. Syr. de Praſſio ℥j. Ol. Aniſi gut. iij. col.

Efficaciſſimè lubricat, attenuat, dimovet, ſtimulat, ac è Pulmonum profundo expectorat. Dentur ad Phlegma tenax, Orthopnæam, Tuſſimq; laborioſam concitans, cochl. ij. ſæpiùs in die.

*Miſturæ Scorbuticæ* ℥x.

℞ Aq. Raph. comp. ℥ſs. Sp. Cochl. ʒiij. Elix. Prop. Tartariſ. ʒij. Spir. Sal. Armon. ʒj. Ol. Junip. gut. 40. m.

Scorbuticis, quotiès Ventriculi laxitatem, Inappetentiam, Βραδυπεψίαν, Corporis languorem, & laſſitudinem; Membrorumq; ſtuporem, aut reſolutionem patiuntur, Aromatica hæc, & Volatilis miſtura multo cum fœnore miniſtratur. Capiantur gut. xxx. in vehiculo parco ſolidiori, horà j. ante prandium, & cœnam; ſi Ventriculo proſpiciendum fuerit: In copioſiori autèm, liquido, & longè â paſtu bis in die; ſi res Corporis publicæ magis curandæ venerint.

*Miſtu-*

### *Miſtura de Spermate Ceti* ℥vj.

℞ Vini Canar. Ol. Lini ā ℥iij. Ol. Terebint. gut x. Sperm. Ceti, Ocul. Cancr. ā ʒſs. Sacch. albi ʒiij. m. calidè pro unico hauſtu.

Prodeſt (poſt Phlebotomiam) præcipitatis ab alto, ruptis, contuſis, fractis, & quibus Sanguis in corpore coagulatus, & extravaſatus ſubſiſtit.

### *Miſtura Stomachica.*

℞ Aq. Cinnam. fort. ℥j. Ol. Vitrioli ʒj. Ol. Garyoph. gut. xxiv. m.

Appetitum excitat; Stomachum roborat; Nauſeam tollit; Vomitum ſedat; deniq; iiſdem pollet viribus ac operoſum illud Elixir Vitrioli Mynſichti. Dentur gut. xxxx. plus minus ex hauſtu vini Canarini vacuo ventriculo.

### *Miſt. Tartarea.*

℞ Aq. Cinnam. fort. ℥vj. Ol. Tart. per deliqu. ʒiij. Spir. Sal. Armon. gut. 90. m.

Cochleatim aſſumatur in Colicâ poſt Purgationem; addendo Laud. liqu. q. ſ. pro re natâ.

### *Miſt. Thebaica.*

℞ Laud. Lond. (vel Opii Thebaici) gr. xij. diſſolve in Aq. Ceraſ. nig. ℥xij. & Sp. Vini rect. ℥ſs. adde Sacch. ℥ſs. Spir. Sal. Armon. gut. 36. m.

Pro vj. vel ix. Doſibus, vaſe diligentèr agitato.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0215-6

### *Miſtura Tubularis.*

℞ Cort. Piſtach. ℥vj. Nicot. ℥ij. Fol. Tuſſilag. ℥j. Ol. Aniſi gt. viij. m.

Fumus ejus inſtar Nicotianæ ſuffletur, ad Catarrhum ſiſtendum, & Phthiſin præcavendam.

### *Nodulus Hyſtericus.*

℞ Aſæ fœt. ʒſs. Caſtor. Camph. ā ℈j. Ol. Succini ℈ſs. m. f. Nodulus.

Naribus ſæpè admotus Hyſtericis ſuccurrit; Namq. Spiritus efferatos reprimit; ab excurſibus & exorbitantiis retro cogit; in ordines compellit: & ne motus Convulſivos concipiant, impedit.

### *Oleum Acoviſticum.*

℞ Ol. Amygd. amar. ʒj. Ol. Nuc. Moſc. Cymini, Majoranæ, Petrolei ā gut. iv. Zibethi gr. ij. m.

Iiſdem gaudet virtutibus ac Miſt. Acoviſtica.

### *Oleum Cephalicum.*

℞ Balſ. Peruv. ʒj. Ol. Roriſmar. Salv. Majoranæ, Nuc. Moſch. ā gut. iv. Camph. ʒſs. m.

Externè uſurpatum calefacit, diſſipat, & roborat: Uſui eſt ad Capitis (præſertim Pericranii) affectus frigidos, & Catarrhoſos.

### *Oleum Paralyticum.*

℞ Ol. Succini Saſſaph. ā ʒj. Ol. Roriſmar. Piperis ā ℈j. m.

Cum validâ frictione uſurpetur ad partem primariò affectam; nequaquàm verò ad ſecundariò patientem. Vide Linim. Paralyt.

*Oleum Rhabarbari.*

℞ Ol. Amygd. dulc. Rhabarb. pulv. ā q. v. fiat ſtratum ſuper ſtratum in ollâ; digerantur per noctem tepidè: dein prælo fortitèr exprimatur Oleum colore aureum.

Hidelburgi frequentèr (proùt audivi) uſurpatur ad Colicam, Dyſenteriam, & Vermes. Infanti dant ℥ſs. Nunquàm ipſe quidèm in uſum adhuc duxi; ſed quià ſingulare videtur, omittere nolui.

*Oxymel. Aſthmatici* ℔ij.

℞ Rad. Zedoar. ℥j. coq. in Aq. font. ℔ij. ad ℔iſs. col. adde Gum. Ammon. (in Aceti ℥iiij. diſſoluti) ℥j. col. adde Mellis ℥iv. coque, deſpuma, & cola.

Hoc Domini & Doctoris J. F. (nuperi authoris) experimentum Orthopnæâ & Aſthmate laborantibus dicatur, Pulmonum infarctus expedit; eorumq; tonum ſtabilit. Dentur Cochl. iij. manè & veſperi per menſes aliquot.

*Oxymel Purgans Pectorale.*

℞ Paſſul. ſol. exacin. Rad. Ireos Florent. ā ℥j. Rad. Enulæ, Calami arom. ā ℥ſs. Sennæ ℥ij. Agar. ℥ſs. Herb. Marrub. albi, Satureiæ, Hyſſopi, Hed. terr. ā Mj. Zinzib. ʒiij. Nicotianæ ſicc. ʒj. Aq. font. ℔iiſs. Aceti ℔ſs. coq. ad ℔ij. ſub finem adjiciendo Sem. Aniſi

 ʒij. col.

ʒij. col. adde Mellis ℔j. coq. iterum ad conſiſtentiam, deligentèr deſpumando.

Pituitam craſſam tenacem in Viſceribus, Pulmonibus, vel Habitu Corporis deliteſcentem; varias Obſtructiones, Diatheſinq; Oedematoſam, Catarrhoſam, Phthiſicam, Paralyticamvè inducentem, potentèr Attenuat, Exturbat, & Eliminat. Doſ. ℥iij. mane ſingulis, vel alternis diebus, pro re natâ.

## *Paſſulæ Purgantes.*

℞ Caſſiæ cum ſiliquis contuſ. Sennæ ā ℥ſs. Rad. Calami aromat. Bac. Junip. ā ʒij. Sem. Coriand. Fœnic. dulc. ā ʒiij. coq. in Aq. q. ſ. ad tertias, Col. adde Paſſul. Corinth. ℥ij. Sacch. albi ℥. Tart. Vitriol. ℈j.

Paſſulæ in col. ad turgeſcentiam lentè coquantur: Exceptæ deindè in patinâ terreâ reponantur. Reſtitans verò liquor cum Saccharo ad Syrupi conſiſtentiam coctus ſuper Paſſulas fundatur, quâ factâ affuſione, Tartarum Vitriolatum admiſceatur, additis etiàm Ol. Aniſi gut. vj.

## *Paſta ad Aphthas.*

℞ Butyri dulc. ſine ſale (loti in Aq. Roſ.) ℥iſs. Pul. Glycyrrh. ʒiſs. Sacch. cand. albi ſubtil pulv. q. ſ. f. Paſta mollis. Hujus particula Ori indatur, quotiès adeſt Pituita lenta; Oris ſiccitas; aut Reſpirandi difficultas.

## *Paſta Gallica.*

℞ Boli ℥j. Alum. uſti, Panis cremati, Pul.

Laterum, Terræ figulinæ Chinenſis ā ʒij. Mellis deſpumati q. ſ. ad conficiendam paſtam.

Ad Dentes à ſordibus fædis, à lapide dentali, quibuſcunq; & inquinationibus, & fætoribus, repurgandos, poliendos, & dealbandos, uſurpetur quotidiè manè; & frictio laciniâ laneâ adhibeatur. Dentes verò ipſi, potiùs quàm Gingivæ affricari debent; crebrior enim, & durior attritus Gingivarum, eas atterere, & abſumere ſolet.

## *Paſtilli Odoriferi.*

℞ Rad. Cyperi ℥iſs. Calami arom. Carbon. è Salice ā ℥j. Styr. Calam. Benzo. ā ʒij. Mucilag. G. Tragac. (ſp. Vini extract.) q. ſ. f. Paſtilli ſ. a.

Super prunas ardentes conjecti, ſuaviſſimum odorem exhalando, conclavium pædorem corrigunt.

## *Petum Phthiſicum*

℞ Cort. Piſtach. ʒiij. Herb. ſicc. Hyſſopi, Marrub. alb. Roſæ ſolis ā ʒij. Auripigmenti ſcintillantis, Tabaci Indici ā ℥ſs. f. omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui Vitello Ovi exceptus, & ſupra Porphyritim lævigatus inſtar Pigmenti Pictoris, penicillo, vel Cultro extendatur ſuper folia Tuſſilaginis ad partem villoſam.

Folia ſic delibuta, ſiccata, & forcipibus ſciſſa ſufflentur per tubam (inſtar Nicotianæ) manè & veſperi; ità ut Fumus ex Ore (eo repleto) inſpirando attrahatur in Pulmones; ſedulò extuſſiendo.

## *Pila Odontalgica.*

℞ Aſæ fœt. gr. viij. Camph. Sang. Drac. ã gr. j. Ol. Piperis gut. ij. m.

Dentis carioſi cavernis immiſſa; atq; ibi detenta, dolores acutiſſimos ſedare, ac ſolvere ſæpè ſolet.

## *Pilulæ Alexiteriæ.*

℞ Pul. Serp. Virgin. ℥iſs. Camp. Sal. Succini ã ʒſs. Diaſcord. q. ſ. in Maſſam cogantur; & ex ſingulis ſcrupulis Pil. iiij. conficiciantur.

## *Pil. de Allio.*

℞ Succi Allii ℥ſs. Gum. Ammon. ℥iſs. Millep. præp. ʒj. Croci ℈j. Flor. Benzo: ℈ſs. Ol. Aniſi gut. iiij. Rad. Enulæ pulv. q. ſ. ad Conſiſtentiam pilularem.

Potentiſſimè incidunt, attenuant, & Expectorant.

## *Pilulæ de Ambrâ.*

℞ Ambræ griſ. gr. ij. Moſchi, Sal. cc. Croci ã gr. j. Opii gr. iij. Balſ. Peruv. q. ſ. m. f. Pil. N° iij pro 3 Doſibus.

Singultui compeſcendo inſerviunt; hoc verò ſymptoma ſi ſuperveniat Febribus continuis, & Malignis, ab Opio cavendum. Vide Julap. Moſch.

*Pil. de Ammoniaco Stomachicæ.*

℞ Gum. Ammon. col. Aloes ā ℥j. Myrr. Sennæ Croc ā ʒſs. Oxym. Scill. q. ſ. m. Cogatur in juſtæ conſiſtentiæ maſſam.

Addi poſſunt Sal. Chalybis, Ol. Junip. Aniſi, Carui, Abſint. Ment. Garyoph, &c.

*Pil. Antemeticæ.*

℞ Pul. ſubtil. Ment. ʒij. Abſint. ℈ij. Balauſt. ℈j. Ol. Cinnam. gut. ij. Diaſcord. ʒj. Syr. Cydon. q. ſ. m. reducatur in Maſſam.

*Pilulæ Arthriticæ.*

℞ Pul. Chamæpit. ʒvj. Ent. Vener. ʒij. Terebint. Ven. q. ſ. m. f. maſſa, pro xvj. Doſibus.

Pepſeos, & Chylificationis munia juvant; fibrillas laxatas reſtituunt; Sàlia fermenteſcibilia ſubigunt, & per Urinam eliminant. Deglutiatur doſis manè, & 4 pomerid. quotidie; ſuperbibaturq; hauſtus Decocti Edulcorantis, vel è Lignis, vel Sacri.

*Pil. Aſtringentes.*

℞ Boli, Sang. Drac. Coral. rub. Succini, Maſtich. Croci Martis aſtring. ā ʒj. Ol. Cinnam. Nuc. Moſch. ā gut. vj. f. pulv. qui cum Tereb. Ven. q. ſ cogatur in maſſam: formentur exindè Pil N° iij. è ſingulis ſcrupulis; & Sanguinis Drac. pulvere obvolvantur.

Exſiccant, abſorbent, edulcorant, conſti-

pant, aſtringunt, & roborant: Diarrhæam & Dyſenteriam cohibent; Sputum, Vomitum, & Mictum cruentum ſiſtunt; Menſium, & Lochiorum profluvium compeſcunt; Lumbaginem ā ſanguinis diſpendio, aut Fluore albo ortam leniunt. Dentur N° iij. bis, vel ſæpiùs in die donec Indicationi ſatisfiat.

### *Pil. Balſamicæ.*

℞ Millep. præp. ʒiij. Gum. Ammon. col. ʒiſs. Flor. Benzo. ʒj. Pul. Croci, Balſ. Peruv. ā gr. xv. Balſ. Sulph. q. ſ. m. f. maſſa.

Probatiſſimæ, & præſtantiſſimæ ſunt, ubi datur Tuſſis chronica, Scrophuloſa, & Phthiſica; Pulmonumq; meatus, & glandulæ phlegmate viſcoſo inferciuntur; atq; Turbercula cruda ſuboritura ſuſpicari licet. Sumantur iij. tèr in die ſuperbibendo hauſtum Decocti appropriati.

### *Pil. Benedictæ.*

℞ Aloes ℥ſs. Sennæ ʒij. Aſæ fœt. Galb. Myrrhæ ā ʒj. Sal. Martis ʒvj. Croci; Macis ā ʒſs. Ol. Succini gut. 40. Syr. de Artemiſ. q. ſ. f. maſſa Pil. pro 40. Doſibus.

Sanguinem depauperatum, & inertem exaltant, & acuunt; Humores limoſos & ſubſiſtentes attenuant; & expurgant; Uteri vaſa muco infarcta, & à muniis ferientia aperiunt, & ſtimulant. Fœminino ſexui ſunt appropriatæ; & Expertiſſimum, Fidiſſimumq; præſtant remedium, ad inveteratam Menſium obſtructionem amovendam. Atq; licèt alvum ſubducant, facilè tamèn ferri ſolent, quià Vaporibus

ribus, & paſſioni Hyſtericæ adverſantur. Detur ℈j. ſingulis, vel alternis noctibus, pro Medici judicio, per aliquot ſeptimanas.

*Pil. Cachecticæ.*

℞ Gum. Ammon. puriſſimi in granis; Aloes lucidæ ā ʒvj Chalyb. cum Sulph. præp. ʒv. Ol. Garyoph. & Aniſi ā ℈ſs. Sp. Vini (vel Elix. Prop.) Tartarit. q. ſ. f. maſſa.

Ex Pharmacopœiâ Leovardienſi deſumptæ hæ Pilulæ, Maribus potiùs quàm Fœminis dicantur, quià Vapores Hyſtericos non adeò reſpiciunt: nihilominùs verò calidiores ſunt quàm ſuprà ſcriptæ Benedictæ; Sanguinem fortiùs exagitant, & evehunt; Obſtructiones æq; expediunt; Fibris laxatis tonum concilient; Habitumq; corporis exonerant, & emendant. Dentur eodem modo, ac doſi, ac Pil. Benedictæ.

Non ſum neſcius quidèm, quòd cl. Sydenham toto illo ſpatio, quo Chalybeata ſumuntur, à Catharticis omninò abſiſtendum eſſe contendit; quià Chalybis vires à Cathartico infringuutur; & quandò id palmarium illi ſit, ut Spirituum ſyſtema redintegretur, firmeturq; quod toto vix octiduo reſuſcitatur Chalybis ope, Cathartico (vel leniſſimo) exhibito, die unicâ rursùs demolitur: Et haùd illi dubium eſt, quin Aquæ etiam Minerales ferreæ Purgantium intercalatorum uſu, minùs reddantur efficaces.

E contrà verò, ſæpiſſime notavi Effectus ſatis felices ex Chalybeatis & Catharticis ſimùl maritatis, eveniſſe. Ideoq; ut Difficultatem hanc

hanc expediam, hoc modo diſtinguendum eſſe judico.

Si Chalybeatorum exhibitorum Intentio ſit unica, ut Sanguinis depreſſi craſis exaltetur, & Spirituum Syſtema corroboretur; tunc quidèm à Catharticis prorsùs abſtinendum erit.

Sin verò unà cum Sanguinis exaltatione, Obſtructiones inſupèr ſint amovendæ, & colluvies limoſa eliminanda; tunc Cathartica Chalybeatis adjuta optimè operabuntur, & unitis viribus proſperè rem conficient. Atq; huic opinioni conſtans Medicorum praxis abundè ſuffragatur; certaq; & fidelis Experientia ſemper aſtipulatur.

## *Pil. Camphoratæ.*

℞ Pul. Glycyrrh. Sacch. Camph. ā ℈ij. f. pulv. ſubtil. ex quo, & Tereb. Ven. q. ſ. concinnentur Pilulæ.

## *Pil. Carminativæ.*

℞ Gum. Ammon. col. ℈ij. Myrrhæ, Succini Maſt. ā ℈j. Olibani, Croci, Caſtor. ā ℈ſs. Sal. Martis (ad albedinem calcinati) ʒſs. Ol. Nuc. Moſch. gut. viij. Elix. Prop. q. ſ. m. f. Pil. N° 40.

Sylvianæ hæ ſunt, & optimè quidèm comparatæ, ad Pituitam (Ventriculum, & Inteſtina aggravantem, Flatuſq; Dolores & malorum Iliada excitantem) attenuandam, & abradendam.

Flatus diſcutientia non diſtinguntur à Pituitam incidentibus, inquit Riverius; & rectè: nam Flatus generantur quandò Pituita conquaſſa-

quaſſata in bullulas elevatur: Quæ ergò Pituitæ viſciditatem corrigunt, Flatuum parentem confodiunt. Dentùr Pil. v. bis in die, vacuo Ventriculo.

### *Pil. Catarrhales.*

℞ Pil. Ruffi ℈j. Pil. de Styrace gr. vj. Ol. Aniſi gut. j. f. Pil. N° v.

Lymphæ tranſudationem prohibent; Serum acre vellicans mitigant; irritationis ſenſum obtundunt; Tuſſim ſiſtunt; & Somnum accerſunt: poſtero verò die, materiam per alvum lenitèr ſubducunt; novumq; ejus influxum præcavent. Ab omnibus autèm Catharticis fortioribus religiosè hoc in caſu abſtinendum eſt; quandoquidèm iſta non tantùm Naturam debilitant; verùm etiàm (ſanguinem acuendo, & exagitando) Colliquationem adaugent, Febremq; accendunt. Sumantur veſperi, ſine regimine; & ſingulis, vel alternis noctibus repetantur.

### *Pil. Catholicæ.*

℞ Pil. Coch. maj. ʒj. Extracti Rudii ℈ij. Reſ. Jalap. ℈j. Ol. Aniſi gut. ij. Balſ. Peruv. q. ſ. m. f. Pil. N° xx. pro 4 Doſibus.

Optimè, & efficacitèr Purgant; mane primo ſumantur, horam unam ſuperdormiendo.

### *Pil. Cephalicæ.*

℞ Pil. Fæt. gr. xv. Reſ. Jal. Caſtor. Sal. Succini ã gr. v. Ol. Succini gut. ij. Spir. Lavend. comp. q. ſ. f. Pil. N° v.

Vul-

Vulgata apud plurimos invaluit Opinio, Pilulas commodiùs, quàm Potiones, in Capite purgando, exhiberi; nempè quià non ſtatim ſolubiles, Ventriculum diutiùs irritant; & conſequentèr fortiùs è Capite, & partibus remotioribus, humores alliciunt.

Mediocris hæ ſunt operationis; & apprimè conveniunt, ubi Capitis dolore, Paralyſi, Affectibus Soporoſis, Convulſivis, aut Hyſtericis obnoxii, purgatione opus habent. Dentur ij. veſperi, & iij. mane ſequenti, cum levi regimine.

## *Pil. Chalybeatæ.*

℞ Garyoph. ℥ſs. Mac. Cinnam. ā gr. 45. Rad. Serp. Virg. Chalyb. cum Sulph. præp. ā ʒij. Sal. Chalyb. ʒj. Ol. Nuc. Moſc. gut. xxiv. f. Pulv. tenuiſſimus qui cum Mellis q. ſ. formetur in Pilulas uſualis magnitudinis.

Pro xxiv. Doſibus.

## *Pil. Chalybeatæ Purgantes.*

℞ Pil. Ruffi ℈j. Sal. Chalyb. gr. v. Balſ. Peruv. q. ſ. f. Pil. v.

## *Pil. è Cinnabere.*

℞ Cinnab. nativ. in Alcohol. redact. Cran. Hum. ā ʒij. Caſtor. Sal. Succini ā ʒj. f. Pulv. exquiſitè tenuis, cui adde Ol. Major. gut. xij. Balſ. Peruv. ʒj. & Syr. Pæon. q. ſ. contundendo in Mortario, elaboretur in Maſſam Pilularem.

Ad Epilepſiam pro 24 Doſibus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0226-7

### *Pil. de Coccinellâ.*

℞ Coccinel. ℨij. Croci ℨj. Mellis q. ſ. f. Maſſa Pil.

Alexipharmacæ ſunt, & in Febribus Malignis (præcipuè Diarrhæâ Symptomaticâ comitatis) præſcribi poſſunt.

### *Pil. Colicæ.*

℞ Pil. è duob. ℨſs. Calomel. ℈ſs. Ol. Succini gut. ij. Laud. Londin. gr. ij. Diacod. q. ſ. f. Pil. N° v.

In Colicâ Hyſtericâ Purgatio quævis noxia eſſe deprehenditur. In Bilioſâ verò quando dolor ſævus in uno quodam loco (præſertim Ventriculo, & Inteſtinis ſuperioribus) defigatur; Alvuſq; ſit pertinaciſſimè clauſa; & nullum Clyſma poſſit injici propter ſpaſmum inteſtinâ retrahentem; hæ Pilulæ in ſubſidium venire ſolent: primò enim dolorem ſedant, & ſpaſmum ſolvunt; dein motum periſtalticum fortitèr ſtimulant; & materiam morboſam exterminant. Quod ſi primâ vice exhibitæ (proùt ſæpè evenit) operationem non ſortiantur (Fotibus carminativis non interim neglectis) repeti debent, ut operatio ſequatur: quamprimùm enim per inteſtina viam ſibi faciunt; Spaſmus, & morbus ſolvitur.

### *Pil. Cratonis.*

℞ Cubeb. Calamint. Nuc. Moſc. Garyoph. Maſtich. ā ℨj. Ambræ griſ. ℨſs. Moſc. gr. vj. cum Succo Major. f. Pil.

Contra

Contra Apoplexiam detur ℈j. veſperi, & Mane, circa Novilunium, & Plenilunium.

*Pil. Croceæ.*

℞ Extrac. Croci gr. xvj. Flor. Benzo. gr. xxiv. Succ. Glycyrrh. Hiſp. ℈iiſs. Ol. Aniſi gut. ij. Elix. Prop. q. ſ. m. f. Pil. N° xij.

Harum vis (ſanguinis vehiculo) in Pulmones ipſos transfertur; ibiq; partim Lymphæ acrimoniam temperando, ejuſq; tranſudationem præpediendo; partim pituitam craſſam attenuando, & ſtagnantem dimovendo; partimq; demùm membranas bronchiorum irritando, earumq; tonum reſtituendo; Pulmonibus oppletis, & oppreſſis fortiter ſuccurrunt. Sumatur Pil. j. tèr in die ſuperbibendo hauſtum appropriatum.

*Pil. Diaphoreticæ.*

℞ Rad. Serp. Virgin. ʒiſs. Croci, Camph. Sal. Succini ā ℈ſs. f. pulv. ſubtil. qui cum tenuioris partis Diaſcord. q. ſ. formetur in Pil. N° xxx.

Aliqui à Bolis, & Pulveribus (præſertim amaris) abhorrent, qui tamèn pilulas ſine faſtidio deglutire poſſunt. Febribus malignæ notæ dicantur. Quoàd operandi modum verò conſulatur Decoct. ſacrum. Dentur N° v. tertiis, quartis, vel ſextis horis, pro rei exigentiâ, cum vehiculo idoneo.

1. *Pil. Diureticæ.*

℞ Pul. Apum. ʒij. Sal Prunel. ʒj. Sal. Succini

cini volat. Sem. Sinap. ā ʒſs. Ol. Aniſi gut. xij. Terebint. Ven. q. s. f. Pil. pro xij. doſibus.

Sanguinis compagem liquant; Glandulas, & interiores corporis receſſus detergunt; Renes ſtimulant; Mucum & Arenulas expurgant; Urinamque potenter cient. Porrò veſperi exhibitæ egregiè ſubveniunt Aquarum Tunbrigentium potatoribus, quoties aquæ epotæ, aut propter pituitoſas obſtructiones defixas, aut propter inertiam fibrarum propellentium, in Habitu corporis reſtitantes, non ſatis copioſè redduntur. Duo verò ſunt Practicis obſervandi caſus, in quibus hujuſmodi acria minimè conveniunt. Primò quando Aquæ ſtagnant in Habitu corporis, ob febrilem intemperiem, aliamvè acrem ſanguinis diatheſin, quæ Spiritus turbando, fibrillaſque irritando, tubulos criſpat, & meatulos occludit: atque in hoc caſu opportuna veniunt Venæ ſectio, Laxantia, Refrigerantia, Lenia, & Demulcentia. Secundò quando non in corporis habitu, ſed in Ventriculo ipſo, & primis viis moras nectunt aquæ: minimè enim tunc Diuretica; ſed Aromatica, Carminantia, & Ventriculum confortantia rectiùs indicari, & Ratio ſuadet, & Uſus docuit.

2. *Pil. Diureticæ.*

℞ Teſt. Ovor. calcin. ʒſs. Camph. ℈i. Cantharid. ℈ſs. Tereb. q. s. form. Pil. N°ix. Deglutiantur iij. tertiis horis.

*Pil. Dyſentericæ.*

℞ Boli pulv. ʒij. Ol. Chartæ gut. iv. Galb. col. q. s. f. maſſa Pil.

Peregrinus quidam Medicus mihi communicavit; & harum vires in Hiberniâ ſe ſatis expertum eſſe ſanctè aſſeveravit. Bolus humorum acrimoniam retundere, & affluxum ſiſtere; deindè Galb. & Ol. Chartæ corrugationes dolorificas compeſcere poſſe videntur. Doſ. ℈i.

*Pil. Ecphracticæ.*

℞ Pil. Stom. cum Gum. Pil. Aloëphang. Pul. Rhab. Gum. Guajaci, Sal. Chalyb. ā ℈iv. Sal. Abſint. Extrac. Gent. ā ℈ij. Elix. Prop. q. s. f. maſſa pro 16. Doſibus.

Vires obtinent Miſt. Ecphract. & Pil. Cachect. quas vide. Sumantur veſperi, vel quotidiè, vel alternis noctib. per menſem integrum.

*Pil. Emmenagogæ.*

℞ Borac. Ven. Myrrhæ ā gr. 45. Rad. Ariſtol. rot. Croci ā gr. xv. Ol. Puleg. Sabinæ, Garyoph. ā gut. ij. Syr. è 5. Rad. q. s. m. f. Pil. xviij. pro vi. Doſibus.

Titulus vires edocet. Dentur (poſt Pilularum Benedict. uſum) menſtruationis tempore, quoties irritatio fortior requiritur, bis in die.

*Pil. Expectorantes.*

℞ Gum. Ammon. col. Millep. ā ʒiſs. Caſtor. Flor. Benzo Sal. Succini ā ʒſs. Camph. Croci ā gr. xv. Balſ. Sulph. q. s. reduc in Maſſam, & confice Pil. N° 3. è ſingulis ſcrupulis.

*Pil. Febrifugæ.*

℞ Pul. Flor. Chamæm. ʒiiſs. Antimon. diaph.

diaph. ʒi. Sal. Abſint. ʒſs. Mucilag. Gum. Tragac. q. s. f. Pil. pro xij. Doſibus.

Non ſemel (licèt non ſemper) efficaces novi ad Febrem intermittentem (ſine recidivâ) profligandam, quum Corticem Peruvianum fruſtrà priùs tentaſſem. Sumantur tertiis horis, abſente paroxyſmo.

*Pil. Gemmeæ.*

℞ Pul. Rutæ, Macropip. Sal. Gem. Camph. ā ʒſs. Ol. Cymini gut. iv. Balſ. Peruv. ʒi. Syr. de Mecon. q. s. m. f. Pil. adverſus Colicam.

*Pil. Gentianæ.*

℞ Pul. Gent. ʒij. Sal. Abſint. ℈ij. Extrac. Gent. ʒi. Syr. è Roſ. ſic. q. s. f. Pil.

Contra Febres Intermittentes, & ad Ventriculum roborandum.

*Pil. Gileadenſes.*

℞ Sacch. candi albi ʒij. Spec. Diatrag. frig. ʒi. Balſ. Tolut. ℈ij. Flor. Benz. ℈i. f. pulv. qui Balſ. Gilead. q. s. exceptus formetur in Pilulas pro xij. Doſibus.

In diatheſin Phthiſicam proclivibus, & chronico lateris dolori, & Tuſſi obnoxiis, commodè præſcribuntur. Seri enim exſudantis acrimoniam corrigunt; infarctus Pulmonares expediunt; Tubercula cruda diſcutiunt; Fibrillarum tonum ſtabiliunt; Vaſorumque rupturas reſarciunt. Dentur manè & veſp. cum vehiculo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0231-4 DFG

*Pil. de Guajaco.*

℞ Gum. Guajaci, Aloës ā ℥iſs. Balſ. Peruv. q. s. f. Pil. ſ. a.

MS. ex quo deſumpſi, vult, quòd Aloës in hâc miſturâ omnem ſuam amaritudinem deponit.

Ad affectus Ventriculi frigidos. Doſ. ℨſs. ante cœnam.

*Pil. Hæmoptoïcæ.*

℞ Pul. Ling. Cerv. q. v. f. maſſa Pil. cum Balſ. Gilead.

Medicus qui communicavit, valdè efficaces, & certò expertas eſſe affirmavit. Doſ. ℈i. ter in die.

*Pil. Hydragogæ.*

℞ Gambog. pulv. gr. xij. Ol. Junip. gut. ij. Mithridat. q. s. m. f. Pil. N° 3.

Hæ Pilulæ inaſſuetis operationem ordiri ſolent cum aliquali Patientis angore, & duabus tribuſvè vomitionibus: poſt aliquot verò aſſumptas doſes, vim ſuam Emeticam omninò deponunt, & per inferiora tantum purgant. Tàm potenter verò, & confertim operantur, ut ſæpiùs (non ſine ſtupore) notavi 12. aut 15. ſedes merè aquoſas ex earum uſu profluxiſſe; totalemque operationem intra duarum horarum, ab aſſumptione, ſpatium, penitus peractam eſſe. Atque Neotericorum licèt jam paſſim invaluit opinio, nullam uſpiam dari Electivam Purgationem; Experientia tamen irrefragabiliter, & ad ſenſum teſtatur, has Pilulas humores præcipuè, & quaſi Specificè, aquoſos prolicere. Ideoque Anaſarcâ laborantibus mirum quantum opitulantur: Tumoribus aquo-

quoſis, & Ulceribus humidis validè medicantur: Sudores iſtos, qui non Febri criſin mollienti; ſed Seri copiæ, Sanguiniſque fuſioni, debentur, mirabiliter ſiſtunt. Habitu Oedematoſo præditis ritè appropriantur: Calidioris verò, & ſiccioris temperamenti hominibus minimè congruunt. De modo purgandi Hydropicos vide Potionem purg. Hydrop. infra ſcriptam.

*Pil. Hyſtericæ.*

℞ Galb. col. Aſæ fœt. Myrr. ā ʒi. Caſtor. Camph. Sal. Succini ā ℈ſs. Ol. Succini gut. iv. Balſ. Peruv. q. s. f. Maſſa, cui (quoties res poſtulaverit) adjici poſſunt Salis Chalybis ℈ij. exindeque dicantur Pilulæ Hyſtericæ Chalybeatæ.

Vires ſuas exſerere videntur, quatenus Spiritus exorbitantes ac deſertores, in proprias ſtationes remandant; quod fuſiùs ſub titulo Julap. Hyſt. explicatur. Sin verò ventrem moverint (quod in corporibus quæ facillimè purgantur, præ Gummata, quæ inſunt, quandoque fit) tùm ab iis omninò abſtinendum erit. Exhibetur ℈i. pro doſi cum Julap. Perl. Hyſt.

*Pil. Japonicæ.*

℞ Ter. Japon. pulv. ʒij. Ol. Cinnam. gut. iv. Syr. è Roſ. ſicc. q. s. m. f. Maſſa.

Inſigniter corrugant, & aſtringunt; Laxitatem Ventriculi emendant; Vomitionem ſedant; Diarrhœam reprimunt; internaſque San-

guinis effuſiones ſiſtunt. Addi poteſt Laudanum pro re natâ. Doſ. ℈i. ter in die.

*Pil. Icterica.*

℞ Crem. Tart. Coccinil. ā ʒſs. Sapon. Ven. ʒij. contundendo f. Pil.

Præſtantes ſunt, & expertus laudo. Detur ʒſs. pro vice ter in die uſque dùm devictus ſit affectus; quod brevi fiet; niſi invincibilis ferè Jecoris Tumor, aut Obſtructio obſtiterit.

*Pil. Luteæ.*

℞ Reſ. Jalap. ʒi. Ol. Junip. gut. vi. Croci gr. viij. Myrrh. gr. xij. Vitell. Ovi q. ſ. m. f. Pil. N° 16. pro 4. Doſibus.

*Pil. de Mercurio crudo.*

℞ Argenti vivi ʒvi. Turpet. ʒiiſs. Aloës, Rhab. Colocynth. Diagryd. Agar. ā ʒij. Hermodact. Myrr. Mithrid. ā ʒiſs. Moſch. Ambr. griſ. ā gr. xv. Fol. Auri N° 12. Tereb. Ven. ℥iſs. cum Syr. Limon. q. ſ. conficiatur Maſſa Pil.

Doſ. à ℈ſs. ad ℈ij.

*Pil. de Mercurio dulci.*

℞ Mercur. dulc. pul. ℈ſs. Extrac. Rudii gr. xv. Reſ. Jal. gr. v. Ol. Garyoph. gut. 1. Syr. Roſ. Sol. q. ſ. f. Pil. N° 5.

Manè aſſumptæ commodè operantur; atque exhiberi poſſunt, ubicunque Phlegmatis onus Inteſtina aggravat; Materia lenteſcens corporis



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0234-1 DFG

Habitum obſidet; Serum ſalino-fixum Scorbutum infert; Succi acres Ulcera vellicant; Ichor polluens cutim afficit; demumque ubi Vermes infeſtant.

*Pil. de Myrrhâ.*

℞ Pul. Myrr. ℥i. Croci ℈i. Balſ. Peruv. ℈ſs. Vitel. Ovi. q. ſ. f. Maſſa Pil.

Doſ. ℈ij. Stomachicæ ſunt; Pectorales; Alexiteriæ; & Emmenagogæ.

*Pil. Nephriticæ.*

℞ Millep. pulv. Sal. Armon. crudi, Sapon. Ven. ā ℥ij. Gum. Hed. ℥iſs. Croci ℥ſs. Ol. Junip. gut. xvi. Tereb. Ven. q. ſ. f. Maſſa.

Cuidam Practico hæ valdè erant familiares, & plurimùm æſtimatæ, ad Urinam, Mucum & Sabulum expellendum. Hùc referantur quæ ſuprà dicta ſunt de Pil. Diuret. Doſ. ℥ſs.

*Pilulæ Nigræ.*

℞ Rad. Enulæ, Ireos, Sem. Aniſi, Sacch. candi ā ℥i. Pic. liq. ℥ij. vel q. ſ. f. Pil. N° 36.

Attenuant, incidunt, calefaciunt, & optimè conducunt, expertiſſimæque ſunt ad Phlegma crudum & tenax è Gulâ, & Pectore educendum; tonumque Pulmonibus reſtituendum. Ubi verò datur Defluxio tenuis, aut Febris Catarrhoſa, minimè in uſum duci debent. Doſ. N° 6. manè & veſp.

## *Pil. de Olibano.*

℞ Olib. pul. ℈iv. Sal. CC. Vitel. Ovi. q. ſ. f. Maſſa.

Ad Lateris dolores flatulentos, ſine Febre & Inflammatione vagè recurrentes, exquiſitè pungentes, & reſpirationem inhibentes (Stitches Anglicè dictos) atque etiam ad Pleuritidem ipſam (poſt debitas Sanguinis evacuationes) commodiſſimè præſcribuntur. Doſ. ℥ſs. ter in die.

## *Pil. Pectorales.*

℞ Rad. Enulæ, Ireos, Glycyrrh. ā ℈i. Flor. Benzo. Croci ā ℈ſs. Sacch. candi albi ℈ij. f. pulv. qui ope Balſ. Sulph. Aniſati cog. in Maſſam.

Thoracem & Pulmones phlegmate mucoſo infarctos, & impeditos aperiunt, tergunt, liberant: Tuſſi anhelæ, Orthopnœæ, & Phthiſi (dùm adhuc in primo tantum ſtadio verſatur; & antequam Febris Hectica accenditur) aptiſſimè conveniunt. Doſ. ℥ſs. ter in die.

## *Pil. Piceæ.*

℞ Pul. Fuliginis ſplendentis ℥iſs. Sal. CC. ℥ſs. Pic. liq. q. ſ. f. Maſſa.

Gelatinoſum Sanguinem liquant: Obſtructiones indè natas excutiunt; circulationem per partem affectam reſtituunt; Spiritus labantes reficiunt; & Expectorationem promovent: ideoque fructuoſè (poſt debitas Venæſectiones) Pleuriticis exhibentur ad ℈i. quartis horis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0236-3 DFG

*Pil. Pleuriticæ.*

℞ Pul. Sang. Hirci ℥iſs. Sal. Vol. Sal. Armon. (vel CC.) Sal. Succini, Camph. ā ℈ſs. Tereb. Ven. q. ſ. f. Maſſa.

Eaſdem operandi intenſiones implent, ac ſuperiores Piceæ. Porrò utiles eſſe videntur ad Caſum; Cruorem enim coagulatum diſſolvunt; & Urinam cient. Doſ. ℈i. quartis, vel ſextis horis.

*Pil. Polychreſtæ.*

℞ Aloës lucidæ, Scammon. præp. ā ℥iij. Troch. Alhand. ℥ij. Maſtich. Croci opt. ā gr. 45.

Aloë, Maſtiche, & Scammonium ſeorſim in pulverem redacta cum Spiritu Vini in maſſam formentur, cui reliqua dein ſubtiliſſimè pulverata immiſceantur.

E Pharmacopœiâ Leovardienſi transferuntur, & fortiter purgant. Exhiberi debent manc à gr. xv. ad xxv. vel ʒſs.

*Pil. Poterii.*

℞ Flor. Sulph. Glycyrrh. Sacch. candi albi ā ℥i. Balſ. Sulph. q. ſ. f. Maſſa.

Serum tenue, & acre vel in Laryngem, vel in Pulmones depluens, Tuſſimque moleſtam titillando acciens, corrigunt, edulcorant, attemperant, incraſſant; & expuitioni aptum reddunt: Sulphur enim Pulmonum Balſamum audit; & nil æque Catarrhum ſiſtit,

ac Sulphur & Sulphurata. A Sulphure ſputa quaſi globoſa redduntur ; non aliter ac humidam aliquam maſſam à calore in rotunditatem converti videas, inquit Wallæus.

At verò Gravidis medicamenta ex Sulphure parata non conveniunt, ne iis Abortus conciliatur, inquit Sennertus.

*Pil. Puerperarum.*

℞ Fol. Sabinæ, Dictam. Cret. ā ʒi. Myrrh. Galb. Ammon. Caſtor. ā ʒij. cum Syr. de Artemiſ. q. ſ. f. Maſſa.

Ad Parturiendi conatus deficientes revocandos : ad Secundinarum retentarum, & Lochiorum ſubſiſtentium expulſionem, valentiſſimæ ſunt hæ Pilulæ. Sed nè quid nimis; quamprimùm intentioni ſatisfit, ab earum ulteriori uſu omninò abſiſtendum erit. Doſ. ℈i. vel ʒſs.

*Pil. è Sale Chalybis majores.*

℞ Sal. Chalyb. Gum. Ammon. ā ʒſs. Rad. Zedoar. Extrac. Gent. ā ʒij. Syr. è 5. Rad. q. ſ. f. Maſſa, exindeque concinnentur Pil. N° 60.

Doſ. N° 6. bis in die.

*Pil. è Sale Chalybis minores.*

℞ Sal. Chalyb. Pul. ʒij. Galb. col. q. ſ. f. Pil. pro xxiv. Doſ.

Aliquando hunc ſalem coegi in Pilulas Melle

le ſolo: atque tunc unica Pilula (ſummè delicatulis non ingrata) pro doſi ſufficeret.

*Pil. Salinæ.*

℞ Sal. Abſint. ℈ij. Ol. Aniſi, Garyoph. Succini ā gut. I. Tereb. Ven. q. ſ. f. Pil. N° 8. pro 4. Doſibus.

Contra Vomitum, Flatus & Ructus.

*Pil. de Scammonio.*

℞ Pul. Rad. Jal. Scammon. præp. Mercur. dulc. ā ℈ſs. Ol. Carui gut. j. Mellis q. ſ. f. Pil. N° 5.

Earundem ferè ſunt virium ac. Pil. de Mercurio dulci.

*Pil. Smegmaticæ.*

℞ Sapon. Ven. ʒij. Ol. Aniſi gut. viij. contundendo f. Pil. N° xxiv.

Renum, & Ureterum vias ſingulariter expurgant: contra Dyſuriam, & Icterum egregiè valent. Doſ. N° 6. & Superbibatur hauſtus Tinct. Croci, paratæ ex Croci ʒi. & Vini albi ℔i.

*Pil. Solenandri.*

℞ Moſchi gr. viij. Sang. Drac. Sacch. albi ā ℈i. Balſ. Gilead. q. ſ. f. Maſſa pro 4. Doſibus.

Conducunt Vomitionem, Singultum, Leipothymiam, nonnunquam & Hyſtericam paſſionem

ſionem patientibus. Moſchi, Zibethique o
Hypochondriacæ ſuffocationi obnoxias Mul
res repentinâ Syncope exanimat; tantum v
abeſt ut in ſubſtantiis aſſumpta talia hoſtilia ſ
iſtiuſmodi Fæminis, ut etiam paroxyſmos H
ſtericos efficaciter ſiſtant, & refrænent, inq
Ettmullerus. Hæc verò tunc præcipuè conv
nire duxi, quoties Spiritus non ob copia
& turgeſcentiam efferatò exploduntur; ſed
penuriam, & vacillationem, in confuſiones
buntur: Moſchus enim Sanguinem potent
exagitat; Spirituſque valdè reficit.

1. *Pil. Splenetica.*

℞ Spicæ Nardi ʒi. Aſæ fæt. Ent. Vener.
ʒſs. Ol. Succini gut. viij. Balſ. Peruv. q. ſ.
Pil. N° 3. è ℈i.

2. *Pil. Splenetica.*

℞ Ent. Vener. ℈iv. Croci, Pip. longi, Ra
Serp. Virg. Spicæ Nardi ā ℈i. Galb. ℈iv. Tinc
Myrr. q. ſ. f. Pil. N° 36.

*Pil. Stomachica.*

℞ Pul. Cinnam. Mac. Nuc. Moſch. ā ℈
Garyoph. Pip. longi, Flor. Balauſt. ā ℈ſs. E
trac. Gent. ʒiſs. Elix. Propr. Tartariſati q.
f. Maſſa, & quò diutius in ventriculo commo
rentur, Pilulæ formentur majores.

Ventriculum calefaciunt & roborant; ejus
que faſtidium detrahunt; Coctionem juvant
Vomitum ſedant. Qui Ventriculo debili ca

lefa

leſacientibus ſuccurrit, quamprimùm is viderit Urinam rubeſcentem, ſtatim à calidis abſtineat; alioquin Hydrops fit, inquit Wallæus. Hoc autem de Spiritibus Vinoſis, non verò de Aromatibus, aut Amaris dictum opinor.

*Pil. Stomachicæ Purgantes.*

℞ Pil. Ruffi ℈i. Reſ. Jalap. Sal. Abſint. ā gr. v. Ol. Abſint. Ment. ā gut. j. Elix. Prop. Tartariſ. q. ſ. f. Pil. N° 5.

Non tantum Phlegma viſcidum Ventriculi plicis & villis adhærens, malorumque Iliada inducens attenuant, excutiunt, & benignè expurgant; ſed & inſuper Stomachum calefaciunt, & roborant. Dentur horâ decubitûs: vel ij. veſperi, & iij. mane proximo.

*Pil. Stypticæ.*

℞ Croci Mart. Aſtring. ℈ij. Sacch. Saturni, Camph. ā ℈ſs. Ol. Succini gut. j. Tereb. Ven. q. ſ. f. Pil.

Contra enorme Menſium, aut Lochiorum effluvium.

*Pil. Sulphureæ.*

℞ Pul. Glycyrrh. ʒij. Maſtic. ʒi. Balſ Sulph. Aniſati q. ſ. f. Maſſa Pilularis.

Ad Affectus Pectorales.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0241-0

### *Pil. Sylvii.*

℞ G. Ammon. col. ℈ij. Sal. Martis (ad albedinem lento igne calcinati) ℈i. Myrrh. Caſtor. ā gr. xv. Croci ℈ſs. Troch. Alhand. ʒi. Reſ. Jal. Scammon. præp. ā ℈i. Ol. Fænic. gut. v. Elix. Propriet. q. ſ. m. f. Pil. N° 5.

Pituitæ viſcidæ incidendæ; Flatibus ex ipsâ ortis diſſolvendis; & materiæ blandè educendæ apprimè inſerviunt. Harum tres, pluresve ſumat ſubindè poſt cænam cubitum iturus æger: aut manè Stomacho vacuo 5. vel quot deſiderabuntur, ut lentè & benignè vitioſi humores expellantur.

### *Pil. Syncopales.*

℞ Moſch. gr. vi. Cinnam. Nuc. Moſc. ā ℈i. Garyoph. Croci ā ℈ſs. Confec. Alkerm. q. ſ. f. Pil. pro 3. Doſibus.

Spiritus circa Ventriculum hoſpitantes novo vigore inſpirant; exindeque undulatione factâ, totam ſyſtaſin collapſam erigunt, & reficiunt.

### *Pil. è Terebinthinâ.*

℞ Tereb. Ven. (in Aq. Plant. ad debitam conſiſt. coctæ) ℥ſs. Succini, Sang. Drac. Boli Armenæ ā ʒſs. f. Pil.

Stypticæ ſunt.

### *Placentæ Purgantes.*

℞ Amygd. dulc. excort. ʒvi. Pul. Rad. Jalap.

lap. ʒiij. Reſ. Jalap. ʒſs. Sacch. ʒx. Mucilag. Tragac. q. ſ. f. Placentæ pro vi. doſibus addendo Ol. Cinnam. gut. iij.

### *Potio alba.*

℞ Tereb. Ven. ʒiij. (vel ℥ſs.) Ol. Nuc. Moſch. gut. ij. diſſol. in Vitello Ovi : tunc adde Vini albi ℥iij. Syr. Alth. ℥i. m. & col.

### *Potio de Ammoniaco.*

℞ Gum. Ammon. ℈ij. diſſol. in Aq. Hyſſopi ℥iiſs. col. adde Elect. Lenit. ℥ſs. Syr. Roſ. Sol. ℥i. Sal. Prunel. ℈ij. m.

### *Potio Lenitiva.*

℞ Crem. Tart. pul. ℈ij. diſſol. ſuper prunas in Aq. flor. Samb. ℥iv. adde Mannæ ℥iſs. Syr. Roſ. Sol. ℥ſs. col. pro doſi.

Gratum, mitiſſimumque remedium eſt, ad alvum emolliendam, & leniter exonerandam.

### *Potio Purgans Hydropica.*

℞ Rad. Jalap. ʒſs. Zinz. gr. ij. Sal. Tart. gr. xij. Vini albi ℥iij. Syr. Roſ. Sol. ℥i. Syr. Domeſt. ℥ſs. m.

Quoad Purgationem Hydropicis inſtituendam, cl. Sydenham vult, primò ea ſolum Cathartica eſſe uſurpanda, quæ & fortiter, & celeriter operantur. Secundò, Singulis diebus eſſe exhibenda, niſi quòd (ob nimiam debilitatem corporis, ſive propter Cathartici præcedentis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0243-1 DFG

dentis operationem plus ſatis violentam) dies unus aut alter nonnunquam intercalari poſſit. Tertiò, à Purgatione (niſi urgente neceſſitate) non eſſe abſiſtendum, aut ceſſandum, donec omnis aquarum moles omninò exantlata fuerit. Neſcio an uſui ſit illud Ettmulleri dicentis, in Hydropicis commodiùs inſtitui Purgationes Lunâ decreſcente; creſcente enim malum accreſcit; decreſcente verò decreſcit: undè quo tempore habemus adjuvantem Naturam, purgatio inſtituenda.

### *Potio Purgans Nephritica.*

℞ Herb. Malvæ Mi. Sennæ ʒij. Sal. Tart. ℈i. coq. in Aq. font. ℔ſs. col. ℥iij. diſſol. Mannæ ℥iſs. Ol. Amygd. dulc. ℥ſs. Ol. Junip. gut. x. m.

### *Potio Purgans Reſinoſa.*

℞ Reſinæ Jalap. gr. xij. Vitel. Ovi N° j. Syr. Roſ. Sol. ʒvi. Ol. Aniſi gut. j. Vini albi ℥ij. m.

Addi poteſt Gum. Gamand. q. v.

### *Potio de Rhabarbaro.*

℞ Rhab. pulv. ℈i. vel ʒſs. Aq. Ment. Cinnam. fort. ā ℥iſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Syr. è Roſ. ſicc. ʒv. m.

Reſolutas Inteſtinorum vires recreando; lubricitatem modicè corrigendo; & materiam acrem leniter ſubducendo, alvi profluvio feliciſſimè medetur.

*Potio*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0244-7 DFG

*Potio Sancta.*

℞ Gum. Guajaci pulv. ʒiſs. diſſolve in Vitello Ovi, & adde Aq. Cinnam. fort. ℥ſs. Aq. Fumar. ℥iſs. Syr. Roſ. ℥ſs. m.

Eodem modo ex quibuſlibet Reſinis parari poſſunt potiones.

Contra Arthriticos, alioſque vagos dolores ſpecificè valere dicitur. Purgat fortiter, & cum aliquali moleſtiâ per Inferiora; nonnunquam etiam Superiora.

*Potio Vulneraria Arcæi.*

℞ Rhab. ʒſs. Rub. Tinctor. Mumiæ ā ℈i. Terræ Sigill. ℈ſ. Aq. Scabioſæ, Bugloſ. Succi Granator. ā ℥i. m.

*Potio Warwicenſis.*

℞ Scammon. Sulphurati, Antimon. diaph. Crem. Tart. ā ℈ſs. Aq. Cichor. ℥iij. Aq. Cinnām. fort. ʒij. Syr. Roſ. Sol. ℥i. m. f. potio albeſcens.

Antimonium Diaphoreticum (ut habet Zwelferus) tractu temporis Aeri expoſitum, pravam, & quaſi malignam induit naturam; ſumptumque intra corpus, Cordis anguſtias, Cardialgias, Leipothymias, Vomitus, & ſimilia prava Symptomata procreat. Quæ facilè tamen evitabimus, ſi vel ſingulis, duobus, vel tribus menſibus, recenter illud conficiamus. Vel jam paratum vetuſtum, additâ portiunculâ Nitri (aut etiam abſque illo) per unam, vel

alteram horam, Vulcano tradamus, penituſque igniemus; Iterumque (ſi Nitrum additum fuerit) edulcoremus, & parum reverberemus.

Certum eſt (inquit Hofman) Antimonium Diaphoreticum aliis ſociatum Purgantibus, minorem illorum doſin majori compenſare virtute, abſque ullis Ventris torminibus. v. g. Si Rad. Gialap. ℈ſs. adjungas gr. iij. vel iv. Antimonii Diaphoretici, energia doſin æquabit ℈i. Radicis Gialappæ.

Hæc Potio Viribus haud multum diſcrepat à pulvere Warwicenſi: inter cætera verò Febrium Tertianarum rarò fallax remedium eſt, ſi detur duas horas ante Paroxyſmum: aliquando vomitionem ciet.

## *Ptiſana.*

℞ Rad. Gram. ℥iij. Glycyrrh. Raſ. CC. Ebor. ā ʒij. Paſſul. Sol. ℥iſs. Coq. in Aq. Hord. depur. ℔iij. ad ℔ij. col. diſſol. Sal. Nitri ℈iv. Syr. Viol. ℥i. m.

Febricitantium potus eſt ſatis jucundus, ſitim tollens, fervores mitigans, Pulmones demulcens, & Urinam movens.

## *Pulv. contra Abortum* ʒvi.

℞ Granor. Chermes ʒi. Sant. rub. Rad. Torment. ā ʒſs. Garyoph. Margar. Coral. rub. ā ℈i. Manûs Chriſti perl. ʒiij. Fol. Aur. N° iij. m. f. pulv.

*Pulv. Alexipharmaci* ℈i.

℞ Lap. de Goâ, Lap. Contray. Pul. Gaſcon. Rad. Serp. Virg. ā gr. v. m. f. pulv.

Malignis Peſtilentibuſque Febribus adverſatur: Spiritus erigit; & ſudorem ciet. Nollem ut huic nobili Pharmaco vitio vertatur, quòd ex tàm numeroſâ rerum ſupellectile ſit conflatum. Alexipharmaci enim vis non in hoc ſolum conſiſtit, quod ſit ob occultam quandam qualitatem Veneni antidotus, & totâ (ut aiunt) ſubſtantiâ ei adverſarium; ſed potiſſimum quod Fermentationem in corpore de novo excitat; undè Spiritus ferè perempti, & ſubſidentes, denuò ſuſcitantur; & Sanguis in debitâ mixtione ſervatur, à coagulatione & putredine vindicatur, materiamque deleteriam expellit. Ad hujuſmodi verò fermentationem inducendam neceſſariò expetuntur particulæ heterogeneæ ſanguini non miſcibiles: Et quò major eſt numerus ingredientium, eò major identidem erit heterogeneitas, & conſequenter fermentatio. Ideoque præſtantiſſima Alexipharmaca (uti Theriaca, &c.) ex ingenti rerum mirè diſcrepantium, farragine comparantur.

*Pulv. Ambræ comp.* ℥ij.

℞ Pul. è Chel. Cancr. comp. Spec. Diamb. ā ℥i. Ol. Cinnam. gut. j. m. f. pul. pro vi. doſibus. Ad Cordis tremorem, & Syncopen.

### *Pulv. Angelicæ comp.* ʒſs.

℞ Rad. Angel. Hiſpan. gr. v. Terr. Japan. gr. xv. Spec. de Hyacint. ℈ſs. Ol. Cinnam. gut. j. m. f. Pulv.

Vires recreat; materiam ad extra pellit; Inteſtina confortat; Diarrhœam ſymptomaticam Variolis, Febribuſvè malignis ſupervenientem egregiè reprimit.

### *Pulv. Anthelminthicus.* 150

℞ Corallinæ præp. ʒi. Æthiop. miner. (ſine igne parati) ʒſs. Ol. Abſinth. gut. iij. m. f. pulv.

Infantibus dentur gr. xv. manè & veſperi, per tres dies ante Novilunium, & Plenilunium, ad Vermes è latibulis ſuis deturbandos, & enecandos; & poſteà pulv. ſeq. Purg. ad illos, eorumque ſemen, è corpore penitus exterminandos.

### *Pulv. Anthelminthicus purgans.*

℞ Scammon. præp. gr. vi. Rhab. gr. iv. Calomel. ℈ſs. m. f. pul. pro puero 6. vel 8. annos nato.

### *Pul. Arabicus.*

℞ Gum. Arab. Sacch. candi albi ā ℥ſs. Ol. Amygd. dulc. gut. xvi. f. pulv. pro viij. Doſibus. Vide Decoct. Malvæ, & Emulſ. Arab.

*Pul. Aromatici ℥ſs.*

℞ Cinnam. Mac. Nuc. Moſc. Garyoph. Zinzib. ā gr. viij. Sem. Aniſi, Carui, Fænic. dulc. Coriand. Bac. Lauri ā gr. xvi. Sacch. alb. ʒij. f. Pul. pro viij. Doſibus.

Quoad vires, coincidit cum Pul. Peptico, quem vide.

*Pulv. Arthriticus.*

℞ Herb. Chamæpit. Abrotani ā ℈ſs. Gum. Guajaci, Sacch. albi ā ℈i. Ol. Saſſaph. gut. j. m. Detur manè, & 4. pomerid. cum Decocto Sancto, ſi patiens ſit temperamenti frigidioris; vel Decocto Sarſæ, ſi calidioris, per totum menſem Martium, & Septembrem, ad præcavendam Arthritidem.

*Pulv. Aſtringens.*

℞ Flor. Balauſt. ℈ſs. Cinnam. Nuc. Moſc. ā gr. iv. Coccinel. gr. ij. Sacch. Roſ. ℈i. m. f. pulv. Ad Diarrhœam ſiſtendam. Sed vide Julap. Aſtring.

*Pul. Aurantiorum comp.*

℞ Flaved. cort. Aurant. Sem. Cymini ā gr. xij. Caſtor. gr. v. Pip. longi gr. j. Ol. Junip. gut. j. m. f. pulv.

Ventriculum, & Inteſtina confortat; Pituitam corrigit; Flatus diſcutit; Spaſmum ſolvit; & Colicæ poſt purgantia, ubi ex uſu ſunt,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0249-9

præmiſſa) feliciter medetur. Sumatur tèr in die; Superbibaturque hauſtus Decocti Febrifugi amari.

*Pulv. Balſamicus.*

℞ Balſ. Tolut. ℈ſs. Benzo. Myrrh. ā gr. v. Balſ. Peruv. gut. j. Sacch. candi albi ℈i. m. f. Pul.

Cum fructu præſcribitur ad Phthiſin diſpoſitis, ubi datur in Pulmonibus impacta materia cruda, & putredinalis, cum Anhelitûs fætore; Orthopnæâ; Tuſſi ſiccâ; Thoracis, Laterisvè dolore; Marcore, & virium languore. Propinari optimè poteſt manè quotidiè cum hauſtu Lactis Aſinini.

*Pul. Bezoartici noſtri* ℈i.

℞ Pul. è Chel. Cancr. Comp. Lap. de Goâ, Lap. Contray. Bezoar Oriental. ā gr. v. Fol. Auri ſs. m. f. Pulv.

*Pul. Capillaris* ℥ij.

℞ Rad. Irid. Florent. ℥i. Rad. Pæon. mar. ℥ſs. Angel. Hiſp. ʒij. Lig. Sant. citr. Nuc. Moſc. Mac. Garyoph. ā ʒſs. Styr. liqu. Balſ. Peruv. ā gut. iv. Ol. Roriſm. Lavend. ā gut. ij. m. f. Pul.

Jucundiſſimum ſpirat odorem; & Cucuphæ (quam vide) vires æmulatur: de Catarrho verò conſulatur Linim. Cephal. Singulis noctibus inter capillos copiosè inſpergatur; & poſt 24. horas pectine denuò eximatur.

*Pulv.*

*Pulv. Cardialgici ℥i.*

℞ Cretæ albæ (Aq. Roſ. lotæ) ℥ſs. Ocul. Canc. Glycyrrh. Sacch. alb. ā ℈iv. Ol. Nuc. Moſc. Garyoph. ā gut. ij. f. Pulv. pro viij. doſibus.

*Pulv. Carminativi ℥ij.*

℞ Sem. Aniſi, Fænic. dulc. ā gr. xxvi. Nuc. Moſch. Cinnam. ā gr. xviij. Pip. longi, Garyoph. ā gr. vi. Maſtic. ℈i. f. Pulv. pro vi. doſibus.

Iiſdem uſibus inſervit ac Pul. Pepticus.

*Pul. ad Caſum.*

℞ Tegul. Hibern. Mumiæ ā gr. xij. Sal. Succini, Sal CC. ā gr. iij. m. f. pulv.

Zwelfer verò abhorret à vulgari Mumiâ, dum ait, quod Mumia quæ ad nos hodiernâ die tranſportatur, Cadavera ſc. nigricantia linteo involuta, ſæpiſſime fædiſſimâ morte defuncta, nil minus ſunt quam vera Mumia Ægyptorum; quæ ipſa etiam tantum abeſt ut utiliter in corpus humanum aſſumi, quin magè plurimum obeſſe, poſſint.

Vide Decoctum Traumat. & miſt. de Sperm. Ceti, quibus quoad vires affinis eſt, niſi quod Spiritus magis reficit, & Syncope ſubvenit.

*Pul. Catharticus Communis.*

℞ Reſ. Jalap. Scammon. præp. ā gr. v. Sennæ, Crem. Tart. ā ℈ſs. Ol. Garyoph. gut. j. m. f. Pulv.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0251-5

Haud multum differt à pulvere Diaſennæ; ſed contractior eſt, & me judice, illi præſtat.

*Pul. Chalybeati* ʒx.

℞ Rubig. Martis ℈viij. Sal. Chalyb. Croci, Zinz. ā ℈i. Sem. Aniſi ℈v. Mac. ℈iv. Sacch. albi ℈x. m. f. Pulv. pro xx. doſibus.

Ad Cachexiam, Chloroſin, Obſtructiones, Icterum, Hydropem, & quoſcunque id genus Morbos, qui à Sanguinis cruditate, & pauperie proſapiam ducunt, Chalybeata ſunt inſtar omnium: eorum enim eſt, novâ fermentatione accensâ, adeò maſſam ſanguineam agitare, conquaſſare, commiſcere, depurare, & exaltare, ut quæ (globulorum rubrorum ob penuriam) ferè pallebat, ſenſim fiat coccinea, rutilans, ſpirituoſa, & ſpumans. Inſuper quæ (ob ſemicoctam pituitam ubique obſtructiones figentem) inæqualiter, hic raptim, illic ægrè circulabat; jam liberè, & vividè per vel minimos uſquequaque canaliculos fluens refluenſque omnibus corporis particulis nutrimentum, calorem, & vitam benignè impertiat. At verò ea ſi ſit Sanguinis conditio, ut juvenilis iſtius fermentationis omninò ſit incapax, ob principia ſcilicet ejus inveterata, fibras attritas, tonum laxatum, meatus collapſos, & Machinæ corporeæ ſtatum ruinoſum; Fruſtrà tunc à Remedio (licet tàm generoſo, & præpotenti) multum adjumenti expectandum: Idem quippè opus eſſet, ac ſiquis Acetum vappidum in Vinum dulce; aut Roſam emarcidam in florentem reducere conaretur. Atque quoad me, ingenuè profiteor, quod Praxeos meæ ſeriem atten-

attentè retroſpiciens, rarò, aut nunquam obſervavi inſignem aliquam commoditatem ex Chalybeatorum uſu Senibus uſpiam obtigiſſe.

### 1. *Pul. Colicus.*

℞ Rad. Zedoa. ʒvi. Balſ. Peruv. gut. xij. f. Pul. pro vi. doſibus.

### 2. *Pulv. Colicus.*

℞ Sperm. Ceti loti, Sacch. albi ā ʒſs. Pul. Caſtor. gr. iij. m. f. pulv. pro j. doſi.

### *Pulv. Conſolidæ comp.*

℞ Rad. Conſolidæ maj. flore rubro, Muris in clibano ſiccati, Ungulæ Porcinæ, Priapi Cervini ā q. ſ. f. pulv.

Ad mictionem in lecto percurandam dicitur expertum & infallibile ſecretum, ſi detur ad ℈i. vel ʒſs. in hauſtulo Vini albi manè & veſperi per 3. vel 4. dies juxta Novilunium & Plenilunium; atque inſuper Lumborum regioni applicetur Emplaſtrum corroborans.

Urinæ incontinentia in Senibus ut plurimum eſt immedicabilis: In Pueris verò ſubindè ſponte ſuâ, ætatis progreſſu, curatur: Sed neceſſe eſt ut fiat intra 25. annum: Nam ubi tunc non ceſſat, periculum eſt, ne ſit immedicabile malum.

### *Pulv. Dentalgicus.*

℞ Nicot. ℈i. Zinz. Flor. Sulph. ā ℈ſs. f. pulv. Parum hujus in narem dolori oppoſitam Patiens attrahat; & protinus ſuper lectum ſe conjiciat: tantâ enim acredine illum primò percellet, ut Cerebrum quaſi ictu penetrare, & concutere illi videbitur: vix ſternutationem tamen excitabit, ſed ingentem ſeri quantitatem extrahet: mox ſtuporem leviculum inducet; & dentium dolorem profligare rarò fallet.

### *Pulv. Dentifricius Schroderi.*

℞ Pul. Laterum ℥ſs. humectetur per vices Olei Tartari pari quantitate; fiat paſta; cui adde Tartari albi ʒiij. Panis ad nigredinem uſti ʒij. m. f. pulv. quo dentes nigrore, aut virore infecti confricentur, & vino calenti abluantur.

Nunquam ſanæ Gingivæ, & quæ cuſpidali figurâ ad Dentis medium aſſurgunt, huncque firmo amplexu retinent, Dentalem lapidem generare ſolent: ſed laxæ, flaccidæ, cruentæ, minuſque aptè Dentibus adhærentes; adeoque externis injuriis ad ſenſilem Dentis partem aditum permittentes, nec commodum nutrimentum ſuppeditantes; ſed prorſus laudabile pervertentes, hoc malum inducunt.

### *Pul. Diaphoreticus.*

℞ Rad. Serp. Virg. Contray. Angel. Hiſpan. ā gr. v. Myrr. gr. iij. Croci gr. ij. m. f. Pulv. ℈i.

1. *Pul.*

### 1. *Pul. Diuretici* ℥ſs.

℞ Lap. Prunel. ʒi. Teſt. Ovor. calcin. ℈ij. Sal. Succini ℈i. Sacch. albi ʒij. m. f. pulv. cujus doſis ʒſs. vel ℈ij. Vide Julap. Diuret. Nitroſum.

### 2. *Pul. Diuretici* ℥ij.

℞ Sem. Aniſi ʒiſs. Sal. Succini ʒſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. iij. f. Pul. pro iij. Doſibus.

Optimus Salem Succini tùm conſervandi, tùm exhibendi modus eſt, ut cum Salis Nitri duplo miſceatur, inquit Willis.

### *Pulv. Edulcorans.*

℞ Ter. Lemn. ℈i. Coral. rub. Ocul. Cancr. Teſt. Ovor. Teſt. Oſtrear. ā gr. v. m. f. pulv.

Ubicùnque datur Acidum in Ventriculo, & Inteſtinis, hujuſmodi Abſorbentia, & Concentrantia locum habent: Utrum verò illud unquam deprehendatur extra primas vias, necnè, nondum ſatis compertum habeo. Obſervabile quidem eſt Juſcula carnea, ſi diù ſint (ad corruptionem) aſſervata, aceſcere; exindeque probabile forſan ducatur argumentum, ſuccos in corporis receſſibus occluſos & corruptos aciditatem contrahere: Hoc verò ſi conceſſerim, nullatenus tamen ſequitur, Edulcorantia Terrea tales ſuccos tam longè diſſitos corrigendo paria eſſe; quippè quorum vis omninò in primis viis abſumi ſolet: adeoque in ſanguinis maſſam, & corporis habitum pervenire ne-

nequit. Si Experientiam conſulamus, certiſſimum eſt, Infantes Acido nocivo in Viſceribus abundare ſolere; magnamque partem morborum eos affligentium ab hoc fonte eſſe deducendam; eorumque Curationem conſequenter à Teſtaceis, & Cretaceis omnino eſſe petendam; atque tàm peculiaria huic ætati hæcce eſſe medicamenta, ut raro Pueris conſultò, & ſufficienti quantitate exhibita novi; quin laudabilis exindè effectus ſequeretur. E contrà verò raro Adultis utiliter data memini. Ratum ergò habeo, Teſtacea Pueris, & primis viis; minimè autem Adultis, Sanguini & Succis appropriata eſſe remedia.

*Pulv. Emmenagogus.*

℞ Borac. Ven. gr. xv. Myrrhæ gr. xij. Croci gr. iij. Ol. Garyoph. gut. j. m.

Iiſdem pollet viribus ac Decoctum Emmenagogum; & cum eo feliciter exhibetur.

*Pul. Epidemius.*

℞ Troch. Viper. ℥i. Rad. Serp. Virg. Contray. ā ℥ſs. m. f. Pulv.

Valet non tantum ad Febres malignas; ſed etiam ante Paroxyſmum exhibitus Intermittentes profligat.

Doſ. à ℈i. ad ℈ij.

*Pul. Euphragii Comp.*

℞ Euphrag. ℥iij. Mac. ℥i. m. f. Pulvis ſubtilis

lis de quo cochlear medium ante cibum deglutiatur.

Magis compoſitus fit hoc modo. ℞ Euphrag. ℥ſs. Sem. Fœnic. dulc. ʒij. Mac. Nuc. Moſch. ā ʒi. Sacch. ℥i. m. f. pul.

Vidi homines, & decrepitos, ferè ad cæcitatem perductos, hoc Pulvere integræ Viſioni reſtitutos, inquit Montagnana. Sed præter Visûs debilitatem, eximiè valet etiam ad Capitis dolorem, ſi quotidiè ſub ingreſſum in lectum aſſumatur cum hauſtulo Vini albi. Maximè enim inter dormiendum, Cerebrum imbibit Medicamenta (Sanguinis vehiculo) ſibi allata.

*Pul. Febrifugi* ʒiij.

℞ Sal. Abſint. ʒſs. Antimon. Diaphor. ʒi. Flor. Chamæm. ʒiiſs. f. Pul. pro viij. Doſibus.

*Pul. Gravidar.*

℞ Croc. Mart. Aſtring. ℈ſs. Spicæ Nardi, Spec. de Hyacint. ā gr. v. m. f. pulv.

Ad Uteri laxitatem corrigendam; Sanguinis profluvium prohibendum, & Abortum conſequenter præcavendum, optimè inſervit. Detur manè & veſperi, cum hauſtu Vini rubri Lisbonenſis.

*Pul. Hæmoptoïci* ℥iſs.

℞ Sem. Hyoſcy. Papav. albi ā ʒij. Terr. ſigil.

ſigil. Lap. Hæmatit. ā ℨi. Sacch. Roſ. ℨvi. m. f. pulv.

Vires habet cum Electuario Boyleano communes; & exhiberi poteſt commodiſſimè ad ℨi. cum Lacte Aſinino bis in die.

*Pul. contra Hæmorrhagiam* ℈i.

℞ Croci Mart. aſtring. ℈ſs. Sang. Drac. gr. v. Alum. gr. iij. Sacch. Saturni gr. ij. m. f. pulv.

*Pul. ad Herniam.*

℞ Rad. Sigil. Salom. Rad. Symph. maj. Sem. Aniſi ā ℨi. m. f. pulv.

Effectum edit quatenus Flatus diſcutit, Tormina ſedat, & partes conſolidat. Infans capiat gr. xv. ter in die. Eximiè valet etiam adverſus tùm Dolorem, tùm Flatum Hæmorrhoïdalem. Adulti capiant ℨſs. vel ℈ij. ex hauſtu Decocti Millefol. aut Stypt. noſt.

*Pul. Hibernicus.*

℞ Tegul. Hibern. gr. xv. Sal. Succini gr. iij. Sal. volat. C.C. gr. ij. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

Adverſus Pleuritidem, Rheumatiſmum, & quoſcunque Affectus, ubi Serum Sanguinis in gelatinam concreſcit.

*Pul. Hyſterici* ℥ſs.

℞ Rad. Bryon. albæ ℨi. Rad. Pæoniæ flore albi-

albicanti ℥ij. Caſtorei ℈ij. Sal. Succini ℈i. Ol. Succini gut. iv. m. f. pulv.

Non tantum Spiritus irritat, & flagellat (quod ſupra dicitur de Julapio Hyſterico) ſed & inſuper eos à copulâ heterogeneâ extricat, & depurat; Cerebrum ipſum firmat; totamque Syſtaſin Nervoſam roborat: atque ideò iſtiuſmodi Hyſtericis, quibus Cerebrum præcipuè affici videtur; & morbus in Epilepſiæ typum tendere minatur; ſummo ſolet eſſe emolumento. Doſ. ʒſs.

*Pulv. Incraſſans.*

℞ Rad. Alth. Gum. Arab. Sang. Drac. Glycyrrh. ā gr. v. f. pul.

Conſulatur Decoctum Incraſſans.

*Pulv. Laccæ Comp.* ʒvi.

℞ Croci Mart. aſtring. ʒiij. Gum. Laccæ ʒij. Sang. Drac. ʒi. m. f. pulv.

Inſigni Stypticitate gaudet; & propterea contra quaſcunque Hæmorrhagias internas præſcribitur: ſpeciatim verò ob notabilem vim ſiſtendi Urinam ſanguineam, miris elogiis celebratur. Doſ. ʒſs.

*Pul. Laxans.*

℞ Sennæ, & Crem. Tart. ā q. v. m. f. pulv.

Pharmacum eſt benigniſſimum, alvum leniter, & ſine moleſtiâ ſubducens. Cremor Tartari enim optimum eſt Sennæ Correctorium. Doſ. à ʒſs. ad ℈ij. veſperi.

*Pulv.*

*Pulv. Majoranæ Comp. gr. xv.*

℞ Herb. Majoranæ, Flor. Stæchad. ā gr. v. Nuc. Moſc. gr. iij. Sem. Sinap. gr. ij. Ol. Saſſaph. gut. j. m. f. pulv.

Cerebri, Nervorumque meatus laxè ſubſidentes aperit; & Pituitâ obſtructos reſerat: Spiritusque ſaburrâ onuſtos depurat, & torpidè ſtagnantes exſuſcitat. Ideoque ad Affectus Soporoſos, & Paralyticos exoptatiſſimum eſt remedium, veſperi & manè exhibendum.

*Pul. de Maſtiche Comp.* ℈ij.

℞ Maſtich. Olib. Terr. Japon. Flor. Sulph. ā gr. v. Sacch. candi albi ℈i. m. f. Pulv.

Egregii uſus eſt in Catarrho; & vires Elect. Maſtich. æmulatur. Detur horâ 4. pomerid. & horâ decubitûs, cum hauſtu Decocti Cynogloſſi.

*Pulv. Millepedum Comp.* ℈i.

℞ Millep. præp. gr. xij. Croci gr. iij. Flor. Benzo. Salis Succini ā gr. ij. Zinzib. gr. j. Ol. Aniſi gut. j. m. f. Pulv.

Præſcriptum novi ad aſthma, ſed inutiliter; forſan quia bulliens Sanguis, & fervidi Pulmones frigidiora poſcebant. Utcunque verò in Orthopnæâ à frigidâ, tenacique colluvie (Bronchia opplente) ortâ, efficax omninò eſt, & optatiſſimum remedium: Potentiſſimè enim Pituitam incidit, dimovet, expectorat. De his verò conſul. Decoct. & Elect. Expector.

*Pulv.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0260-5 DFG

*Pulv. Myrrhæ Comp.* ℈j.

℞ Myrrhæ, Sabinæ, Gran. Parad. ā gr. v. Croci gr. iij. Caſtor. gr. ij. Ol. Succini gut. j. m. f. pulv.

Eſt inſtar Pil. Puerperarum, quas vide.

*Pulv. Nitroſi* ʒvj.

℞ Lap. Prunel. ʒiſs. Cinnab. Antimon. ʒſs. Sacch. albi ℥ſs. f. pul.

In Febribus præſcribitur, ad fervorem, & ſitim temperandum; Urinamq; ciendam. Doſ. ʒj. ex vehiculo grato.

*Pulv. de Nuce Moſchatâ Comp.* ℥iſs.

℞ Nuc. Moſc. ℥ſs. Cinnam. ʒij. Mac. Garyoph. Herb. Major. Betonicæ, Roriſmar. Flor. Lavend. ā ʒj. f. omn. pulv.

Stomachum roborat, Pepſin juvat; Cerebrum confortat, & egregii usûs eſt ubicunque Caput ſympatheticè malè patitur à Vèntriculo. Sumatur. ʒj. poſt paſtus; & veſperi immediatè ante Somnum.

*Pulv. Odoriferi* ℥iſs.

℞ Ligni Rhod. ℥ſs. Sant. citr. Flor. Roſ. Damaſc. Rad. Ireos Florent. ā ʒij. Rad. Angel. Hiſp. ℈iv. Mac. ʒſs. Balſ. Apoplect. ℈ſs. Ol. Garioph. gut. vj. f. pulv. craſſus. Ad Spiritus recreandos; & ad delitias.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0261-1

*Pulv. Odori Damaſceni* ℔ij. ℥iv.

℞ Rad. Irid. Florent. ℔j. Cal. arom. Cyperi ā ℥iv. Majoranæ ℥j. Flor. Roſ. Damaſc. Nuc. Moſc. Garyoph. Styr. calam. Benzo. Labd. ā ℥ij. f. Pulv.

*Pulv. Pavonius.*

℞ Sterc. Pavon. gr. xv. Sal. Succini gr. v. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

Specificè valet contra Vertiginem. Exhibeatur veſperi & mane cum hauſtu Decocti Cephalici.

*Pulv. Panchymagogi* ℥iij.

℞ Crem. Tart. ℥ſs. Sennæ ℥j. Rhab. ʒvj. Scammon. ʒij. Mac. ℥ſs. f. Pul.

Hic pulvis à Pharm. Leovard. ejuſque doſis à ℈ij. ad ʒj.

*Pulv. Pectoralis* ℈ij.

℞ Sulph. vivi, Rad. Irid. Florent. Glycyrrh. Sem. Aniſi ā gr. v. Sacch. candi ℈j. m. f. pulv. Viribus certat cum Julapio Pectorali.

*Pulv. Peptici* ℥ij.

℞ Sem. Coriand. ℥ſs. Aniſi, Fænic. dulc. ā ℈iv. Nuc. Moſch. ʒſs. Cinnam. Garyoph. ā ℈j. Pip. longi ℈ſs. Sacch. albi ℥j. m. f. pulv. pro 16. doſibus.

Commodiſſimè uſurpatur, quando poſt Paſtus ad-

adfuerint ægritudo, nauſea, ructus, gravitas, tenſio, inflatio Ventriculi, Item genarum ſuffuſio, ſegnities, ſomnolentia, capitis dolor, & cætera id genus Coctionis læſæ & malè peractæ ſigna. Aromatica enim corrigunt Pituitam mucaginoſam in Ventriculo; eamque Sale volatili oleoſo (plus minus acri) incidunt, attenuant; rugas Stomachi blandè detergunt; Caloremque nativum reſuſcitant; quibus factis, ſponte redit Appetitus, & Digeſtio. Sumendi modus mihi frequentiſſimus eſt, ut inſpergatur ſuper panem toſtum Vino madefactum, & ſtatim à Prandio, & Cænâ comedatur.

*Pulv. Perlati* ℥ij.

℞ Ocul. Cancr. ℥j. Corall. alb. Margarit. ā ℥ſs. f. pulv. ſuper Porphyritim in ſubtiliſſimum pollinem lævigandus.

Uſurpatur in Julapiis perlatis.

*Pul. Pleuriticus.*

℞ Olib. ℈ſs. Ocul. Cancr. Fl. Sulph. ā gr. v. m. f. Pul.

*Pulv. Pæoniæ comp.* ℈j.

℞ Cran. hum. Rad. Pæon. mar. ā gr. v. Cinnab. nativ. ℈ſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m.

E triplici Regno, ſcilicet Animali, Vegetabili, & Minerali coactus hic Pulvis, adverſus Puerorum Affectus Convulſivos egregiam præſtat opem.

*Pul. Splanchnici* ℈j.

℞ Cort. Fraxini ℈ſs. Rhab. gr. v. Spicæ Nardi, Croci ā gr. ij. Pip. longi gr. j. m. f. Pulv.

Viſcerum obſtructiones amovet; Fermenta depravata corrigit; Flatus ſpaſmodicos reprimit; languidam cibi Appetentiam exuſcitat; Hypochondriorum dolorem & tenſionem alleviat. Quemadmodùm Porrigo, Lepra, *&c.* mineras habent in Glandulis cutaneis; atque licèt externæ ſint, & Remediorum applicationi ſat pateant; nihilominùs admodùm ſunt pertinaces, & curatu difficiles; Ità pariter exiſtimare fas eſt affectionem Hypochondriacam mineras habere in Glandulis Ventriculi; inibique (ob fermentum aliquod vitioſum eructatum) Chylificationem depravare, & conturbationes ciere. Atq; deinde cùm Interna ſit Affectio, & immediatarum applicationum omninò incapax; nil mirum ſi pertinaciſſima ſit, & ferè immedicabilis.

Aſſumatur doſis manè & 4ta pomerid. quotidiè per aliquot ſeptimanas ex hauſtu Vini albi.

*Pulv. Sternutatorius.*

℞ Rad. Irid. Florent. ℈j. Helleb. albi ℈ſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. j. m. f. pulv.

Sternutatoria Cerebrum purgant irritando Spiritus nidulantes in Nervis, quorum extremitates naribus diſſeminantur: Spiritus enim commoti ſpaſmos, & motus tumultuoſos ineunt; atque ità humores viſcoſos anteà impactos incidunt, è locis ſuis excutiunt, & per infundibulum & glandulam pituitariam, è Cerebro

rebro in Venas eliminant. Pus verò & putrilago quæ è naribus per ſternutationem ejiciuntur, è glandulis tantùm, & vicinis partibus eliciuntur.

*Pul. Stomachici* ℈viij.

℞ Rad. Angel. Hiſp. Herb. Ment. Cinnam. ā ℈j. Mac. gr. xij. Fl. Balauſt. Piper. longi ā gr. iv. Ol. Abſint. gut. j. Sacch. albi ℈iv. m. f. pulv. pro 4. doſibus.

Calefacit, confortat, corroborat, &c. inſtar Elect. Stomachici.

*Pulv. Stomachicus amarus.*

℞ Rad. Serp. Virgin. Zedoar. Gent. Enulæ ā gr. v. Ol. Nuc. Moſch. gut. j. m. f. pulv.

Calefacit, roborat, detergit: & egregium juvamen afferre ſolet, quando propter aſſiduas compotationes, fibræ ſtomachi nimium dilutæ debilitantur; & villæ ejus putrilagine viſcoſâ illitæ aggravantur; exindeque cibi faſtidium, & vomitiones matutinæ ſuboriuntur. Detur manè quotidiè cum hauſtu Decocti amari.

*Pulv. ad Strumas.*

℞ Sem. Erucæ, Oſſium Gallinæ in clibano ſiccat. ā q. v. f. pulv.

Empiricum hoc remedium nunquàm ipſe quidèm præſcripſi; ſed quia quandam novi, cui certiſſimè multum opis attulit, aliis non ſuadere, ſed communicare volui. Sumpſit illa quantum è cuſpide cultelli capi poteſt, bis in die, per longum tempus.

Ettmullerus præcipit Medicamenta contra



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0265-4 DFG

Strumas exhiberi, præcipuè circa Lunæ decrementa.

1. *Pul. Styptici* ℥ſs.

℞ Troch. de Terrâ Lemn. Boli ā ʒj. Lap. Hæmatit. Sang. Drac. Maſtich. Gum. Arab. ā ʒſs. m. f. pul. ad internas hæmorrhagias.

2. *Pul. Styptici* ℥ſs.

℞ Croci Mart. Aſtring. Sem. Papav. albi, Hyoſcy. ā ʒj. & gr. xij. Sacch. Saturni gr. xxiv. f. pul. pro viij. doſibus.

*Pul. contra Syncopen.*

℞ Spec. Pleres-Archontic. ʒij. Sacch. Perl. ℥j. m. f. pulv.

*Pul. Tartari comp.*

℞ Crem. Tart. ʒv. Flor. Balauſt. ʒj. Sp. Vitrioli gut. vj. f. pulv.

Bilioſos humores in Ventriculum ſuffuſos corrigit; Acidum naturale reſtituit, & tonum laxatum firmat: atque ideò probati uſus eſt quandò colluvies amaricans nauſeam, inappetentiam; bradypepſiam, vomitum, aut diarrhœam infert.

Riverius (capite de Concoctione læsâ) ſingularem refert hiſtoriam de ſe ipſo, quòd alvi fluxum per 4 menſes paſſus, tandèm intra paucos dies uſu Aceti integrè liberatus erat. Ille quidèm Pituitam & Melancholiam cauſatur, deceptus (uti opinor) à Dejectionibus, quæ (ob hu-

humorum acredinem, ramenta Inteſtinorum abradentem) pituitoſâ ſpecie ſpectabantur; cùm revera ad Bilem acerrimam copioſiùs ſuffuſam totum malum fuit rectiùs referendum.

*Pulv. Theriacalis* ℥v.

℞ Rad. Tormentil. ʒij. Angel. Hiſp. Contray. Serp. Virgin. Zedoar. Spicæ nardi, Croci, ā ℈j. Mac. Pip. longi, Camph. Opii ā gr. xv. m. f. Pulv.

Per Malignitatem (inquit Ettmullerus) nil aliud concipere poſſumus, quàm ſummam Acrimoniam, etiam in minimis interdùm efficaciſſimam, Nervoſis partibus ſenſiliſſimam, & ſummam præternaturalem impreſſionem: Humoribus verò in ſingulari texturâ ſuâ Mutationem Putredinalem inferentem. De Alexipharmacorum Operandi ratione Vide Dec. Sacrum.

Vires æmulatur Theriacæ. ℈j. continet Opii gr. j.

*Pulv. Tilingii* ℥vij.

℞ Cryſtal. Tart. Lap. Percar. Ocul. Cancr. ā ʒj. Sal. Succini ʒſs. Sacch. albi ʒiiiſs. f. pulv. addendo Ol. Aniſi gut. v.

Doſ. à ʒſs. ad ʒj. contra Affectus Nephriticos.

*Pulv. Viperarum comp.* ℈j.

℞ Trochiſc. Viperar. gr. xv. Salis Succini gr. iij. Croci gr. ij. f. Pulv.

Arcanum magnum habetur adverſus Icterum.

*Pulv. Uvularis ʒſs.*

℞ Terr. Japan. Flor. Balauſt. ā ℈ſs. Alum. Pip. longi ā gr. v. f. Pulv.

Vide Gargar. pro Uvulâ. Modus uſurpandi eſt, ut Linguâ ſpeculo oris depreſsâ, pulvis, ope fiſtulæ, inſuffletur Uvulæ; & operatio pro re natâ repetatur.

*Rob Acaciæ.*

℞ Fruct. Prunellorum ſylveſtrium nondùm perfectè maturorum, q. v. macerentur in Aquâ ad mollitiem: trajiciatur pulpa per cribrum; factâque ſuperfluæ humiditatis evaporatione, additoque Sacchari medio pondere; coq. in conſiſtentiam debitam.

Inter potentiſſima Aſtringentia locum (non infimum) tenere, jure merito debet.

*Saccharum Perlatum noſtrum.*

℞ Sacch. candi albi ℥iij. Margar. præp. ℥j. m. f. Pul.

Hujus uſus eſt ad Julapia Perlata minimoperè paranda ad hunc modum; ℞ Aq. quarumvis ℥xij. Sacch. Perl. noſt. ℥ſs. m.

*Saccul. Aromatic. ℥iſs.*

℞ Cinnam. Nuc. Moſc. ā ℥ſs. Mac. Garyoph. ā ʒij. f. pulv. craſſus pro ſacculo rotundo.

Vino Canarino vel Rubro aſperſus, calefactus Ventriculo applicetur; ad calorem naturalem reſuſcitandum; Appetitum, & Digeſtionem juvandum; Vomitumque ſedandum.

*Sac-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0268-2

*Saccul. de Cymino ℥v.*

℞ Sem Cymini, Sem. Mil. ſol. ā ℥ij. Sem. Nigel. ʒij. Salis ʒvj. f. pulv. craſſus pro ſacculo, cum quo calido affricetur Caput: Vel Capiti raſo calidiſſimè applicetur.

Ad Catarrhum, Amygdalarum tumorem, Uvulæ relaxationem, & Gulæ inflammationem. De Catarrhorum autèm defluxione vide Linim. Cephal.

*Sacculus Lateralis.*

℞ Bac. Lauri, Sem. Cymini, Fœnugr. Flor. Chamæm. ā Mj. Furfur. Sal. ā Mij. f. Sacculi duo.

Ad Lateris dolorem externum, calefiant, & alternatim applicentur. Ubi verò adeſt Sanguinis ſputum, ab externis calidis cavendum eſt.

*Saccul. Stomachic. ℥ij.*

℞ Herb. ſicc. Menthæ ℥ſs. Abſint. Thymi, Flor. Roſ. rub. ā ʒij. Balauſt. Rad. Angel. Hiſp. Sem. Carui, Nuc. Moſc. Mac. Garyoph. ā ʒj. f. pulv. craſſ. pro Sacc.

Iiſdem uſibus inſervit ac Fot. Stomach. Vino rubro auſtero immerſus calidiſſimè adhibeatur.

*Sacculus ad Uvulæ relaxationem.*

℞ Sem. Cymini ℥ij. Rad. Irid. Pip. longi ā ℥ſs. f. pulv. craſſus, ſacculo indendus, & ſuper Caput applicandus. Vide Linim. Cephal.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0269-0

*Scut. Cardiac.* ℥iſs.

℞ Rad. Angel. Hiſp. Calami arom. ā ℥ſs. Lig. Sant. citr. Flor. Lavend. Croci, Sem. Carui, Garyoph. Mac. Benzo. Styr. Calam. ā ʒſs. f. omnium pulvis craſſiuſculus carpto goſſypio excipiendus, quocùm & panno ſericeo rubro interpuncto fiat ſacculus, qui Collo appenſus geſtetur ſupra regionem Cordis.

*Scut. Pectoral.* ℥iſs.

℞ Lig. Sant. citr. Rad. Irid. Florent. Calami arom. ā ʒij. Fl. Lavend. Sem. Coriand. Nuc. Moſch. Mac. Benzo. Styr. calam. ā ʒj. Ol. Aniſi, Ol. Garyoph. ā gut. iij. f. pul. craſſus.

1. *Scut. Stomachic.* ℥iſs.

℞ Rad. Angel. Hiſp. Cal. arom. ā ʒiſs. Herb. ſicc. Ment. Abſint. ā ʒij. Sem. Coriand. Carui ā ʒj. Styr. Calam. Benzo. Cinnam. Nuc. Moſch. Macis, Garyoph. ā ʒſs. f. pul. craſſ.

2. *Scut. Stomach.* ʒx.

℞ Rad. Ireos Flor. Cal. arom. ā ʒij. Cubeb. Nuc. Moſc. Mac. Garyoph. Styr. cal. Benzo. ā ʒj. Ol. Carui, Ment. Rhod. ā gut. ij. Abſint. gut. j. f. Pulv. craſſus.

*Seri Deoppilantis Cong.* ij.

℞ Rad. Polypod. Oxylap. ā ℥iv. Hepat. Herb.

Herb. Agrim. Cichor. Summit. Lupulor. ā Mij. ſucci Fumar. ℔j. Sennæ ℥j. Tamarind. ℥ij. Seri Lact. Cong. iij. coq. ad ij. & ritè depuretur.

*Serum Lujulatum.*

℞ Lact. ℔ij. Cereviſ. tenuis ℔j. Vini albi ℔ſs. f. Serum poſſeticum, cui incoq. Herb. Lujul. Mij. col.

In febribus ardentibus, non tantùm bilioſos acres humores Ventriculum miſerè torrentes, ſitimq; intolerandam, cum languore acerbo excitantes, optimè diluit, & attemperat; ſed & etiam Sanguinem ferventem refrigerat; bullientem reprimit; craſſè contextum liquat; & recrementa aduſta per urinam exterminat. Bibatur affatim ad libitum.

*Serum Purgans Hyſtericum.*

℞ Rad. Bryon. albæ ℥j. Sennæ, Agar. ā ℥ſs. infunde leni tepore per noctem in Seri lact. ℔iſs. manè coq. ad ℔j. ſub finem addendo Sem. Carui ℥ſs. Mannæ ℥ij. col. diſſol. Syr. de Artemiſ. ℥ij. m. pro iv. doſibus.

*Serum Scorbuticum.*

℞ Cochlear. Plantag. ā Mij. Becab. Fumar. Naſturt. aq. Acetoſæ ā Mj. contuſ. adde Seri Lact. ℔ij. Liquor expreſſus coquendo depuretur.

*Se-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0271-7

### *Serum Tamarindinatum.*

℞ Tamarind. ℥ij. affuſis cochlearibus aliquot Lactis, agitetur in mortario donec emolleſcat: dein injiciatur in Lactis bullientis ℔ij. & ſeparetur (per colaturam) coagulum.

Aliquantò acidius eſt, quàm illud Lujulatum; ideoque potentius ſitim tollit, ſed quia minori quantitate ſumi debet, non tam efficaciter Sanguinem diluit. Porrò prius illud magis eſt ex uſu, ſi metuatur Diarrhœa; uti hoc ſi alvus ſit nimis occluſa. Propinentur ℥iv. tèr, vel quatèr in die.

### *Spiritus Carui Comp.*

℞ Spir. Vini Gall. ℔ij. Sem. Carui candefact. ℔ſs. Spec. Arom Roſ. Lætif. Galeni ā ℈ij. infunde 14 dies. Col. adde Moſch. & Ambr. griſ. (in nod. lig.) ā gr. ij. Aq. Naphæ ℥iv. deniq; admiſce Fol. Auri q. v.

### *Succus attemperans.*

℞ Herb. Tarax. q. ſ. in maſſam contuſ. pon. in ollâ fictili vitreatâ cum operculo, quæ clibano (poſt panes extractos) indita ſtet 6 horas; dein maſſâ in colum effuſâ, liquor clarus effluat.

Quibus contigit Ventriculum habere frigidum, imbecillem, cruditatibus & ructibus obnoxium; ii omnes à ſuccis crudis abſtinere debent: ideoq; talibus convenientiſſima Succorum parandi ratio eſt, ut in clibano coquantur.

Hoc ſimplex medicamentum Sanguinem & Hu-

Humores diluit; eorumq; acrimoniam corrigit; Scorbuto calido imprimis idoneum eſt; & Affectibus cutaneis egregiè medetur. Bibantur ℥iv. vel vj. tèr, vel ſæpius in die.

*Succus Hæmorrhoidalis.*

℞ Succi Milleſol. depur. ℔j. Sacch. albi ℥ij. m.

Si ex virium proſtratione; ſqualenti corporis habitu; & colore ad citrinum vergente, certò cognoſcatur, Hæmorrhoidum fluxum eſſe immodicum; & moderari debere; Hoc parabile Stypticum (debitis aliis non omiſſis) in ſubſidium venire poteſt: atque magni cujuſdam Medici magnum fuit Secretum. Doſ. ℥iij. bis in die. Riverius ait Decoct. Millefolii in potu ordinario per triduum exhibitum, Hæmorrh. dolorem feliciter diſcutere.

*Succus Hydropicus.*

℞ Fol. Plantag. virentium Miv. Hepaticæ Becabungæ ā Mij. ſimul contuſis affunde Aq. Raph. comp. tenuis ℔ſs. f. expreſ. fortis.

Cl. Willis aſſerit, ſe ſæpè cum ſucceſſu præſcripſiſſe Doſ. ℥iij. tèr in die.

*Succorum Scorbuticorum* ℔vj.

℞ Suc. Plant. Becab. Naſt. aq. Dent. Leon. ā ℔j. Acetoſæ, Limon. Vini albi ā ℔ſs. ſtent frigidè ad ſubſidentiam: liquori limpido decantato adde Aq. Raph. comp. Aq. Lumbric. Magiſtr. Sacch. albi ā ℥iv. Sp. Cochl. ʒvi. m.

Herbarum Succi Sanguinem ſalſum, aſperum,

rum, torridum, irritabilem egregiè diluunt, edulcorant, purificant, emolliunt; Recrementa Salina & Bilioſa per Urinam amandant; Hypochondria valdè æſtuantia refrigerio perfundunt; Habitum corporis areſactum & ſtrigoſum, molli humore reficiunt: Atque (me judice) in Antiſcorbuticorum familiâ facilè primas tenent; eoque magis quòd nullâ coctione, aliovè artificio nequaquam detorti, in Sanguinem naturali indole, & virtute integrâ transferuntur.

Vere autem magis ſunt proficui, quàm aliis anni temporibus; idque non tantum quià tunc Natura in corporibus humanis ζύμωσιν, & renovationem ſanguinis ex ſe inſtituens facili negotio poteſt adjuvari, ſed & inſupèr quià Succi ipſi ſunt reverà longè efficaciores; uti obſervat Sim. Paulli inquiens; Quod Verno tempore Scorbuticæ herbæ maximè ſeſe ſale volatili commendant; veluti δοκιμασία eſt, quod ubi Eſſentiam, Tincturamve ex iis ſub finem Aprilis, aut initium Maii præparemus; ea inſtar Vini Chii aut Malvatici rubeſcat; aliis anni temporibus non item. Propin. ℥iv. mane & 4. pomerid.

*Suff. ad Catharrum* ℥ſs.

℞ Olib. Succini Benz. Styr. Calam. Gum. Guaiaci, Balſ. Tolut. ā ℈ij. f. pulv. craſſus.

Si Catharrhus induxerit Aſthma, vitentur Suffitus, ob Suffocationis periculum.

*Suff. Odoriferus.*

℞ Benz. ℥j. Styr. calam. ℥ſs. Labdani ʒij. Moſch.

Moſch. Ambr. griſ. ā gr. iſs. Mucilag. Gum. Tragac. q. s. f. Trochiſci: ex quibus pro libitu, additis ſolummodò Carbonibus Salicis, candelæ Odoriferæ formari poſſunt.

Nonnulla (inquit Zwelferus) ſunt per ſe ſatis odorata, quæ carbonibus vivis inſperſa tamen Fætorem penè ſpirant: ità Cinnamomum, Garyophylli, Sem Coriandri, Sem. Nigellæ, Roſæ, imò & Moſchus ipſe, ſi vivis carbonibus immiſſus citò comburatur, malè olere ſolet.

*Suffitus Phthiſicus.*

℞ Cort. Piſtach. Myrrhæ, Succini ā ʒij. Sulph. vivi, Auripigmenti ā ʒj. f. pulv. craſſus ope infundibuli inverſi uſurpandus.

Dùm extraneis ſuccis perfunduntur, & replentur Pulmonum parenchymata; Suffitus fortiores neutiquàm uſurpandi: leniorum verò uſus, eo tempore, non prætermittendus, inquit Bennet.

Suffitus non ſtatim ab eroſo vaſculo, aut Viſceris parenchymate, ſubmoveantur; ſed poſt dies 14. minimum, à ſedatâ Hæmoptyſi, inquit Idem.

*Suffitus ad Teneſmum.*

℞ Capit. Papav. albi ℥ſs. Herb. Verbaſci Mſs. Flor. Roſ. rub. Balauſt. Thuris ā ʒſs. Maſtich. ʒj. f. Pulv. craſſiuſculus, cujus in prunas conjecti Fumus excipiatur per Cathedram perforatam.

*Suppoſitoria.*

℞ Alum. crudi pulv. ℥ſs. Spec. Hieræ pic. ʒij.

ʒij. Mellis ad ſpiſſitudinem debitam cocti q. s. f. Suppoſ.

*Syrupus albus.*

℞ Aq. font. puriſſ. ℔ij. Sacch. alb. probè depurati ℔iij. coque (diligenter deſpumando) ad debitam conſiſtentiam.

Syrupum hunc ſimplicem in officinâ ſemper aſſervandum jubere ſoleo: idque non propter medicamentoſam aliquam ejus qualitatem; ſed partim (quià vilis eſt pretii) cum eo componerem Electuarium de Cortice, Miſt. Junip. Maſſ. Pilul. & ſexcenta alia ejuſmodi, ubi nil de Syrupo volui, præter Conſiſtentiam, aut Edulcorationem.

Et partim ut Medicamenti Color non fædaretur: ideò Emulſionem Balſamicam ingreditur: atque ut alios proferam caſus. Si quandò ſpiritum c.c. aut Sal.armon. alicui Julapio immiſcendum præſcriberem; cum Syrupus Garyophyllorum turpiter nigrum, Violarum viridem, fl. Paralyſeos fuſcum, totum liquorem redderet; Hic, è contra, Syrupus nullum colorem ingratum induceret, aut medicamenti faciem immutaret.

*Syr. de Allio.*

℞ Radic. Allii (pellicul. denudat. & in taleolas inciſ.) Sem. Aniſi contuſ. ā ℥ſs. Rad. Enulæ ʒiij. Glycyrrh. ʒij. Spir. Vini Gall. ℔iſs. digere clausè, & calidè, 2. vel 3. dies. Colaturam claram, & ferventem inde diſculo argenteo: adde Sacchari albiſſ. ℔iſs. Vaſe prunis ardentibus ſuperpoſito, liquor flammâ admotâ accendatur; & dum efflagrat, agitetur

radi-

radicula. Tandem trajice per colum laneum Wallicum.

Williſianus eſt: ſæpè paratum curavi: & utilem deprehendi. De Allii verò viribus conſule Lohoch de Allio.

*Syr. Boyleanus.*

℞ Rad. Symph. maj. ℥vj. Herb. Plantag. Mxij. contuſis exprimatur ſuccus, cui adde Sacch. pondus æquale, & f. Syr. ſ. a.

Hoſpitem in Medicinâ eum eſſe oportet, cui non innoteſcit hic Syrupus (inſtar Authoris ſui) nobilis; & quàm fortiter Hæmoptoïcis ſubvenire ſolet.

*Syrupus Chalybeatus.*

℞ Vini albi ℔iſs. Limat. Chalyb. ℥iſs. Tart. alb. pulv. ʒvj. Cinnam. Nuc. Moſc. ā ʒiſs. Mac. Garyoph. ā ʒſs. infunde calidè & clausè in vaſe valdè capaci (aliter diſſiliet) 4. dies. Col. claræ ℔j. adde Sacch. albi ℔j. f. Syr. ſ. a.

Ferrum (ſecundùm Lemery) ad uſus Medicinales longè præſtat Chalybi; quia faciliùs in corpore diſſolvitur, & copioſiùs virtutem exſerit.

*Syr. è Sale Chalybis.*

℞ Aq. Cichor. ℥viij. Sal. Chalyb. pulv. ʒij. diſſolve ſuper ignem; dein repone per biduum, ut præcipitetur Crocus: liquori claro effuſo adde Sacch. alb. ℥viij. Ol. Cinnam. & Nuc. Moſc. ā gut. ij. f. Syr. ſ. a.

Solutio Salis Chalybis in Aquâ facta Lacti affuſa, illud minimè coagulat. Ideoque Sal iſtud, licèt cum Oleo Vitrioli (acido acidiſſimo)

mo) paretur, nullam tamen in ſe continet aciditatem; quod ſatis notabile.

*Syr. è Cynogloſſo.*

℞ Succ. Herb. Cynogl. ℔iſs. coquendo purgetur dum inclareſcat; & cum Sacchari albi ℔iſs. f. Syrupus.

Populus Medicorum uno ore vim ſoporiferam attribuit Cynogloſſo: Ipſe verò hunc Syrupum licèt millies in uſum duxi, nullam tamen ejuſmodi ejus virtutem adhuc obſervare potui. Nihilominus egregium eum agnovi, nullique cedentem, ad Defluxiones calidas, acres, tenues, Catarrhoſas; Tuſſimque indè oriundam.

*Syr. Diureticus.*

℞ Aq. Perſicar. ℔ij. Lap. Prunel. ℥ij. Sacch. alb. ℔ij. coq. in Syr. Vires habet Julapii Diuretici Nitroſi.

Si Spiritus Vitrioli, Sulphuris, Salis, Nitri ipſius, ſimileſvè Nitro affundantur; fumum, inſtar Aquæ-fortis, excitabunt. Ideoque videndum, nè huic Syrupo unquàm, aliiſvè Nitroſis, Chymicorum Spiritus Acidi admiſceantur; quia liquorem acerrimum, Ventriculo noxium conficient.

*Syr. de Helenio.*

℞ Rad. Helen. Polypod. Paſſul. Corinth. ā ℥ij. Rad. Glycyrrh. ℥ſs. Herb. Nicot. Virg. ſiccat. ʒij. Tuſſilag. Pulmonar. macul. Satureiæ, Calamint. ā Mj. coq. in Mulsâ, ad ℔iis. & cum Sacch. tantundem f. Syr.

Ma-

Magna hujus vis Craſſa attenuandi, Lenta incidendi, Viſcida detergendi, Obſtructa aperiendi: Convenit ergò in Tuſſi laborioſâ pectorali; Orthopnæa, & Aſthmate humorali; Empyemate, &c.

*Syr. Incraſſans.*

℞ Aq. Plantag. ℔j. Gum. Arab. ℥iſs. diſſolve, & adde Sacch. albi ℔j. f. Syr. ſ. a. Vid. Decoct. Incraſſ. cujus vires æmulatur. Inſuper externè illitus valet contra Herpetem.

*Syr. de Liquiritiâ.*

℞ Tinct. dulc. Mellis ā ℔j. Ol. Aniſi gut. viij. f. Syr. ſ. a.

Incraſſat, emollit, maturat, acredinem obtundit. Tuſſi Catarrhoſæ medetur. Ubi verò pulmones materiâ craſsâ implentur, & Orthopnæam exindè patiuntur, Attenuantia & Incidentia (qualis eſt Syr. de Helenio) magis ex uſu ſunt.

*Syr. de Malvâ.*

℞ Decocti Malvæ Magiſtral. Sacch. albi ā ℔j. f. Syr. ſ. a. Vires petantur ex dec. Malvæ.

*Tabulæ Balſamicæ.*

℞ Sang. drac. opt. ℈ij. Flor. Benzo. gr. xv j Balſ. Gilead. gut. xij. Sacch. alb. ℥iv. Mucil G. Tragac. q. s. f. Tab. pro Phthiſicis.

*Tab. Cardiacæ.*

℞ Rad. Angel. Pul. Diamb. ā ʒſs. Ol. Nuc.

 Moſc.

Moſc. gut. iv. Ol. Cinnam. & Garyoph. ā gut. ij. Sacch. (Aq. Mirab. ſoluti) ℥iij. f. Tab.

Languidas & reſolutas vires reparant; frigidis Ventriculi affectibus medentur: Cordis palpitatione, & tremore laborantibus ſuccurrunt.

*Tab. Cephalicæ.*

℞ Pul. de Guttetâ, Cinnab. Antimon. ā ℈ij. Ol. Roriſmar. Nuc. Moſc. ā gut. ij. Sacch. ℥ij. Mucilag. G. Tragac. q. s. f. Tab. ſ. a.

Ad Cephalalgiam Idiopathicam, Vertiginem, Epilepſiam, & affectus Convulſivos.

*Tab. Hæmoptoïcæ.*

℞ Ter. Japan. ʒij. Croc. Mart. aſtring. ʒj. Sacch. Saturni, Amyli ā ʒſs. Sacch. albi ℥iv. Mucilag. Trag. q. s. f. Tab.

*Tab. Hyſtericæ.*

℞ Ol. Succini gut. viij. Sacch. ℥iv. f. Tab. ſ. a.

*Tab. Pectorales.*

℞ Rad. Ireos Florent. Glycyrrh. Enulæ ā ʒſs. Flor. Sulph. ℈j. Flor. Ben. ℈ſs. Ol. Succini gut. ij. Ol. Aniſi gut. iv. Sacch. albi ℥iv. Mucilag. Gum. Trag. q. s. f. Tab. præſtantiſſimæ.

*Tinctura Alexiteria.*

℞ Rad. Serp. Virg. Contray. Angel. Hiſp. Ther. Ven. ā ℥ſs. Myrr. ʒij. Croci ℈iv. Coccinel. ℈ij. Tinct. Sal. Tart. ℔j. digere ſ. a.

*Tin-*

### *Tinctura Antiphthiſica.*

℞ Pul. Sacch. Saturni ; & Vitrioli Martis ā ℥j. Spir. Vini rectificatiſſ. ℥iv. repone donec rubeſcat ſpiritus, & filtra.

In magno pretio eſt hodiè apud Germanos ; Bronchiorum tonum laxatum reſtituit : Seri acris admiſſionem inhibet ; Vaſorum rupturas reſarcit ; Fermentum putredinale delet : caloremque Hecticum reprimit. Dentur gut. xx, vel xxx. bis in die, in vehiculo appropriato.

### *Tinct. Balſamica.*

℞ Balſ. Gilead. Capiv. Peruv. & Tolut. ā ʒij. Spir. Vini rect. ℔ſs. diger. in MB. 2. dies.

Eo fine excogitabatur hæc Tinctura, ut delicatuli Balſama ſumerent, in compendio, & ſine nauſeâ. Valet ad Pulmonum excoriationes ſanandas ; eorumque infarctus expediendos : Ad mictum ſanguineum, & affectus Nephriticos. Doſ. gut. xxx. ter in die, in vehiculo.

### *Tinct. Dulcis.*

℞ Succ. Glycyrrh. Hiſp. tenuiter inciſ. ℥j. Coccinel. ℈ij. Vin. Canar. ℔ij. digere.

Glycyrrhiza in genere laudabile quidem eſt, & utile medicamentum: hoc tamen illi vituperio vertitur, quòd ſucco conſtat tam ſpiſſo, & inerti, ut Nauſeam Ventriculo creet ; & in ſanguinem ægrè perferatur. Hæc verò Tinctura integras virtutes, ſine vitiis Glycyrrhizæ, feliciter poſſidet ; nullas quippè Stomacho moleſtias faceſſit ; atque in ſanguinem, & (illius

 com-

commeatu) in intima Pulmonum, facili negotio, ſubintrat: Serum acre emollit, & obtundit; proindeque varios, fatigantesque tuſſiendi nixus refrænat: atque crudum Phlegma Veſiculas, & Tubulos pulmonares obſidens optimè digerit, maturat, & expectorationi aptum reddit. Detur vel cochleatim per ſe; vel in Julapio pectorali.

*Tinct. Gentianæ.*

℞ Rad. Gent. inciſ. ℥iv. Vini Canar. ℔ij. digere tres dies.

Stomachica, Anticolica, Anthelminthica, Antapoplectica, Febrifuga; & contra morſum Canis rabidi. Doſ. ℥iij. bis in die.

*Tinct. Gum. Laccæ.*

℞ Pul. Gum. Lacc. ℥ſs. Alum. uſti ʒj. Spir. Cochlear. ultimò extillantis ℥viij. phialæ arctè incluſa digerantur, donec tinctura ſatis rubicunda appareat, quæ leniter effundatur.

Ad Gingivas Scorbuto corruptas ſingulare.

*Tinct. Purgans.*

℞ Sennæ ℥iij. Rhab. ℥j. Scammon. ℈iv. Spir. Vini Gall. ℔iv. digere. Doſ. ℥ij. ad ℥iv.

*Tinct. Purgans Cephalica.*

℞ Sennæ ℥ſs. Rhab. Agar. Spec. Hieræ ā ℈ij. Vini albi ℔j. macera.

Egregiè profeciſſe novi ad Cephalalgiam, & Vertiginem à Stomachi cruditate inductam.

Den-

Dentur cochl. iij. veſperi, & iv. mane proximo, alternis, vel tertiis diebus cum levi regimine.

*Tinct. Rhabarbari ſimplex.*

℞ Rhabarb. inciſi ℥ij. Spir. Vini Gall. ℔ij. infunde tepidè.

Ad Colicam optimum. Doſ. ℥iij. vel ℥iv.

*Tinctura Stomachica.*

℞ Cinnam. ʒij. Mac. Nuc. Moſc. ā ʒiſs. Garyoph. gr. 45. Gran. Parad. ℈j. Flaved. Cort. Aurant. recent. ʒj. Croci ℈ij. Coccinel. gr. xv. Tinct. Sal. Tart. ℥xij. digere ſ. a.

*Trochiſci Catarrhales.*

℞ Succi Glycyrrh. ℥ij. Sacch. alb. ℥iv. Opii ʒj. Mucilag. Gum. Tragac. q. s. f. Troch. ſ. a.

Drachma j. continet unum circiter granum Opii.

*Trochiſci Pectorales nigri.*

℞ Sacch. albi ℔j. Succi Glycyrrh. Hiſpan. ℥iv. Balſ. Sulph. Aniſati ʒj. cum Mucagine Gum. Tragac. Aq. Fænic. extractâ f. Troch. parvi, & rotundi.

*Troch. Sambucini.*

℞ Succi bacc. Samb. q. v. adde Pulv. Rad. Tormentil. fac paſtam, in furno ſiccandam; eamque eodem ſucco rurſus humecta; rurſuſ-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0283-4 DFG

que exſicca; idque ter repete. Tandem forma Trochiſcos ſiccandos.

Ad Dyſenteriam; Fluxum immoderatum Menſium, aut Hæmorrhoïdum. Doſ. ʒj.

## *Trochiſci è Tamarindis.*

℞ Tamarind. (ope Mucilag. Tragac. tenuis diſſol. & per ſetaceum traject.) ℥j. Suc. Glycyrr. Hiſpan. pariter in eâdem Mucilagine ſolut. ʒij. m. & f. Troch. qui in lamellas tenues rotundas inſtar rotularum obſerandis Epiſtolis confectarum (Anglicè Wafers) concinnentur; & in furno ſiccentur.

Expetibiles & Utiles ſunt, ad Sitim fallendam in Febribus.

## *Vapor ad Anginam.*

℞ Piperis pulv. ℥j. Lactis ℔ij. coq. ad ℔iſs. dein ponatur in lagenâ ſtricti orificii, & vapor calidiſſimus ore hianti excipiatur.

Remedium hoc facilè parabile Pituitam lentam Glandulas, & carnem ſpongioſam obſtruentem; Sanguinis & humorum motum impedientem; exindeque inflammationem, tumoremque inducentem, potentiùs quàm quævis Gargariſmata, attenuat, liquat, educit; atque ita periculoſum affectum efficaciùs ſolvit.

## *Vapor Auricularis.*

℞ Rad. Helleb. albi, & nigri ā ℥j. Bac. Junip. Lauri ā ʒvj. Sem. Cymini ℥ſs. Herb. Rutæ, Abſint. Flor. Chamæm. ā Mj. Aq. font. ℔iij. Aceti ℔iſs. coq. ad ℔iv. pro vapore.

Sub-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0284-0

Subtilis hic, & accerrimus Vapor ad Tympanum uſque penetrat; Cerumen, & Sordes fundit, & detergit; Auriſque tonum egregiè firmat. Celeberrimus quidam Practicus hoc pro ſummo ſecreto ad Surditatem tenuit, & mirè decantavit.

*Vap. Hæmorrhoïdalis.*

℞ Herb. Verbaſci, & Hyoſcyami ā Miv. coq. in Aq. ℔viij. ad ℔vj. vapor calidus per ſellam perforatam accipiatur.

Ad Hæmorrhoïdes tumentes diſſolvendas; & dolentes demulcendas, optatiſſimum remedium.

*Vapor Pectoralis.*

℞ Balſ. Tolut. Gum. Benzo. ā ʒij. Herb. Hyſſopi, Puleg. ā Mj. Sem. Aniſi ℥ſs. coq. in Lact. ℔iij. ad ℔ij. tandem adde Spir. Sal. Armon. ʒij. m.

Quamvis Aſpera Arteria nullos admittat liquores (ut ſub titulo Lohoch Haly dictum) ſine reluctatione tamen Vaporibus concedit, ut immediatè, & integrè in Pulmonum tubulos, & veſiculas ſeſe inſinuent. Hoc remedium Phthiſicis multifariam prodeſſe ſolet; namque ob calorem confortativum, & digerentem, partium tonum reficit; cruditateſque maturat: ob vim incidentem, & irritantem, ſaburram viſcidam attenuat, excutitque denique ob qualitatem balſamicam, & ſanativam, putredinalem diſpoſitionem corrigit; vaſorumque rupturas reſarcit.

*Vap. ad Urinam ciendam.*

℞ Rad. Raph. ſylv. contuſ. ℥viij. coq. clausè

in

in MB. in cereviſ. fort. ℔iv. Vaporque ejus calidus accipiatur per ſellam perforatam.

Quandò fit Iſchuria propter dolorem calculoſum fibras carneas Veſicæ vel rigidè conſtringentem, vel Paralyticè relaxantem; hujuſmodi Vapor acris Urinæ emiſſionem egregiè promovet. Spaſmum enim ſolvendo, ſpirituſque ſuſcitando, efficit, ut Fibræ dictæ ad neceſſarium opus Compreſſionis ſeſe iterùm accingant. Quandò autem ſupprimitur Urina propter Calculum os Urethræ opplentem, & meatum obſtruentem; parùm tunc, aut nihil juvaminis ab eo expectare licet.

*Vinum Amarum.*

℞ Vini albi ℔ij. Spir. Vini ℥iv. Rad. Gent. ℈iv. Summit. Card. ben. Centaur. min. Flor. Chamæm. ā ℈viij. Cort. exter. flav. Aurant. recent. ʒij. Mac. Nu. Moſc. Garyoph. Coccinel. ā ℈ij. Macera duos dies, & cola.

*Vin. Amar. Chalybeatum.*

℞ Vini Amari & Chalybeati ā ℔j. m.

*Vinum Catharticum.*

℞ Sennæ ℥ij. Tart. albi ℈viij. Vini albi ℔ij. Spir. Vini Gall. ℥iv. frigidâ, triduanâque factâ maceratione, eliciatur Tinctura.

Vel poteſt per ſe exhiberi ad ℥iv. vel ex eo parari poſſunt extemporaneæ potiones purgantes; addendo ſc. Ol. Aniſi gut. j. Syr. Roſ. Scammon. præp. &c. pro re nata.

*Vin.*

*Vin. Chalybeatum.*

℞ Limat. Chalyb. ℥ij. Succi Aurant. acid. N° viij. ſtent ſimul 24. horas; dein adde Vini albi ℔iv. Cinnam. ℥ſs. Garyoph. ʒij. Mac. ℈iv. ſtent tepidè 4. dies.

Quicquid virtutis Chalybs poteſt Vino impertire, hoc integrè poſſidet. Aliqui, quoniàm Chalybis uſum volunt eſſe primarium, ut Acida deſtruat, vehementer nolunt eum cum Acido præparari. Si verò Hypotheſi ſuæ minùs inſervirent; & Experientiam magis conſulerent, certò diſcerent, quòd Clavis Acida, præ aliis omnibus, Ferrum reſerat. De viribus autem Chalybis conſulatur Pulvis Chalybeatus. Hoc tamen adjiciam, quod ſi Fermentum Ventriculi depravatum corrigere prima eſſet mihi intentio, Electuario, vel Pulvere uterer: Sin verò Sanguinem ipſum, & Corporis habitum præcipuè reſpicerem, tunc Vinum libentiùs eligerem. Doſ. ℥iij. bis quotidie.

*Vinum Diureticum.*

℞ Vini albi ℔ij. Sal. Abſinth. ʒij. m.

Nemini non notum eſt remedium ad Hydropem, ex Cineribus Abſinthii, aut Geniſtæ, & Vino albo paratum: Cum verò Vinum illud nil poteſt ex cineribus extrahere, præter Salem fixum; liquidò patet hoc idem eſſe remedium ex tempore paratum. Præter Hydropem, valet etiam ad Nauſeam, Vomitum, & Febres Intermittentes. Doſ. ℥iv. vel ℥vj. bis in die.

*Vin.*

*Vin. Enulatum.*

℞ Rad. Enulæ virid. Sacch. alb. Uvar. Corinth. inciſ. ā ℥iv. Vini albi ℔iv. infunde frigidè.

Pulmones exonerat; Stomachum roborat; Vermes necat; Obſtructiones amovet; Sanguinem depurat. Doſ. ℥iij. bis in die.

*Vinum Hydropicum.*

℞ Rad. Irid. Florent. ℥ij. Enulæ, Scill. ā ℥ſs. Cort. Samb. Ebuli ā ℥j. Cort. Wint. ʒij. Sennæ ℥ij. Helleb. nig. Agar. Jalap. ā ʒij. Vini albi ℔iv. Infunde frigidè.

Præſtantiſſimum, & milliès expertum, eſt Pharmacum: Colluviem quippe gelatinoſam in corporis habitu ſtagnantem; indeque circulationis filum per tubulos abrumpentem; & lymphæ ſuffuſioni occaſionem præbentem; attenuat, exturbat, & circulanti ſanguini primò reddit; poſteaque per ſeceſſum, & urinam, foras eliminat. Doſ. ℥iv. mane.

*Vin. Ictericum.*

℞ Rad. Curc. ℥ij. Croci ℈ij. Coccinel. ℈iv. Millep. N° 320. Vin. Canar. ℔iiſs. Infunde frigidè.

Iiſdem viribus inſignitur, ac Decoct. Icter. & Elect. de Curcumâ. Doſ. ℥iv. bis in die.

*Vinum Mirabile.*

℞ Vini Canar. (vel potius Vini Xeroenſis) ℔ij. Aq. Cinnam. fort. ℥iv. Garyoph. Mac. Nuc. Moſch. Cubeb. Cardamomi, Galangæ, Coccinel. Croci ā ʒj. digere.

*Vin. Pectorale.*

℞ Succ. Glycyrrh. Hiſp. ℥j. Croci ℈j. Sem. Coriand. Carui, Aniſi ā ʒij. Sal. Tart. ℥ſs. Aq. Puleg. Hyſſopi ā ℥iv. Vini Canar. ℔ij. digere frigidè.

Tincturæ dulci eſt affine; magis vero incidit; & potentiùs expectorat. Dentur ℥ij. quatèr, vel ſæpius in die.

*Vin. Scorbuticum.*

℞ Herb. Cochl. hort. integr. Mj. Rad. Raph. ſylv. raſ. ℥ſs. Cort. Winter. ʒij. Vini albi, Aq. Ari ā ℔j. ſtent frigidè.

Titulus vires demonſtrat. Vid. Cerev. Scorb. Calid. propinari poſſunt ℥iij. bis in die, cum hauſtulo Cereviſiæ.

*Vin. Stomachicum.*

℞ Garyoph. Galangæ, Cubeb. Mac. Nuc. Moſch. Croci ā ʒj. Coccinel. ʒſs. Vini Canar. ℔iij. fiat infuſio frigida.

Ad imbecillitatem, cruditatem, ructus, appetitûs proſtrationem, coctionis vitium, & quoſ-

quoſcunque frigidos Ventriculi affectus, detur hauſtulus ante, & poſt Paſtus.

### *Unguentum Aloeticum.*

℞ Aloes pulv. ʒij. Scammon. Troc. Alhand. ā ʒſs. Fel. Tauri ʒj. Butyri q. ſ. m. f. Ung.

Puerorum Umbilico adhibeatur ad vermes. Neſcio an illud Riverii (cap. de Hydrope) Experientiæ fundamento innitatur necnè, ſcribentis, Unguenta ex validioribus Purgantibus comparata, periculoſa eſſe; inſerta enim muſculis, & membranis vis purgatoria, lethale ſæpe alvi profluvium ciet.

### *Unguentum Aperitivum.*

℞ Ol. Lil. alb. Tamariſ. ā ℥ij. Succi Rad. Bryoniæ albæ, Apii ā ℥j. bulliant ad ſuccorum conſumptionem, addendo Ung. Dialth. & Butyri inſulſi ā ℥j. Gum. Ammon. col. ℥ſs. Ceræ q. ſ. m f. Ung. ſ. a.

Omnis Tumor fit propter obſtructionem alicubi factam, quæ humorum influentium curſui obicem ponens, inundationem concitat. Aperientia ergo talia eſſe debent, quæ propter particularum ſubtilitatem, caloriſque gradum parti conſentaneum, iſtiuſmodi concretiones diſſolvant; Fibras rigidas lubricent; Interſtitia, & meatus internos deoppilent; Cutim tenſam relaxent, Poroſque conſtrictos patefaciant; indeque fiet, ut Sanguine perfluente in rivum ſuum craſſius liquamen reſorbente; Poriſque patu-

patulis per Diaphoreſin liquidiorem partem amandantibus; debitus rerum ſtatus denuò reſtituatur.

Communis fert Authorum Opinio, Pinguia poros obſtruere; Tranſpirationem inhibere; & Vapores in parte affectâ retinere. Hujus autem contrarium (ni multum fallor) eſt verum; Namque pro modo quo Fibrillæ (Cutis tegmen conſtituentes) vel contrahuntur, vel relaxantur, Tranſpiratio impeditur, aut promovetur. Et quando ob Tumorem dolentem, tenſæ ſunt illæ, rigidæ, aut conſtrictæ; tunc Poros occludunt, nilque tranſpirare permittunt. Cùm autem ob lene fovens Oleum, fibrillæ dictæ molles, lubricæ, & relaxatæ denuò redduntur; poros iterum reſtituunt, & Diaphoreſin facilitant.

Inſigniter valet hoc Unguentum ad Tumorem tenſivum (non autem Aquoſum, Glanduloſum, & Scirrhoſum) Hepatis, Lienis, & Abdominis.

*Ung. de Bills.*

℞ Ung. alb. ℥ſs. Camph. (aliquibus guttis Ol. Amygd. ſol.) & Flor. Sulph. ā gr. xxiv. Flor. Benzo. gr. xij. Aq. Regin. Hung. gut. 40. Ol. Rhodii gut. viij. Ol. Garyoph. gut. iv. m. f. Ung. ad Puſtulas, & Faciei deturpamina perutile.

*Ung. ad Calculum.*

℞ Ung. Alth. ℥j. Ol. Terebint. Aniſi ā ℈j. m.

Eo inungatur regio Pubis, & Perinæi in gravi paroxyſmo calculoſo, ad partes (propter cruciatum) vacillantes confortandum, earumque tenſionem dolorificam relaxandum.

*Ung. ad Contracturas ℥iij.*

℞ Ung. Nerv. ℥j. Ol. è ped. Bov. Ol. Lumbric. Medullæ crur. Bov. ā ℥ſs. Terebint. ʒij. Styr. liq. Sperm. Ceti ā ʒj. Ol. Aniſi gut. xij. m. f. Ung.

Quando Membrum Paralyſi affectum extenuari, infrigidari, motu privari, & contrahi incipit; in difficili hoc caſu, hujuſmodi remedium cum validâ frictione adhibitum nonnunquam juvare poteſt. Namque ob particulas lenes & oleoſas, emollit, & relaxat fibras carneas, arefactas, & contractas: obque particulas balſamicas & aromaticas, calefacit, & roborat fibras nerveas torpidas, & vacillantes: Hiſque cum accedit etiam valida frictio; exinde ſperandum erit, ut Sanguinis, & Spirituum influxus liberior eò alliciatur; Calorque naturalis, Tonus, & Nutrimentum, Parti denuo reſtituantur.

*Ung. Cordiale.*

℞ Ung. è flor. Aurant. Ol. Palmæ ā ʒij. Balſ. Apoplect. ℈j. Ol. Cinnam. Garyoph. Nuc. Moſch. ā gut. iv. m.

*Ung. Crinificum.*

℞ Cinerum Apum, Sterc. Mur. ā ℥ſs. Balſ. Peruv. ʒij. Mellis q. ſ. m. f. Ung.

Sinciput ferè ſolum fit calvum (inquit Ariſtoteles) Nam inter Cutim & Cranium in Sincipite, non mediant Muſculi, aut Pinguedo, ſicut in Occipite: Ideo ibi, Cute quaſi teſtaceâ redditâ, Capilli decidunt.

*Ung. ad Eryſipelas.*

℞ Succi fol. Samb. Ol. Lini ā ℥ij. coq. ad ſucci conſump. dein adde Pul. Litharg. q. ſ. m.

*Ung. Frontale.*

℞ Ung. de Alabaſt. ʒiſs. Ol. Mac. expreſ. ℈j. Opii (ſolut. Aq. Roſ.) ℈ſs. m. Vid. Epith. Frontale.

*Ung. Hæmorrhoïdale.*

℞ Ung. Popul. ℥j. Ol. Succini ʒij. m. Ad Hæmorrh. tumidas, & dolentes.

*Ung. Pectorale.*

℞ Ceræ flavæ ʒvj. Sperm. Ceti, Ol. Mac. expr. ā ʒij. Ol. Amygd. dulc. ℥iij. Ol. Nuc. Moſch. gut. xvj. Ol. Caryoph. gut. viij. m.

Elegantiſſimum eſt, & iiſdem pollet viribus ac Empl. Pect.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0293-3

Circa Oleorum Chymicorum externum uſum, hoc communiter obſervandum ; ut non ſola uſurpentur ; ſed cum Cera & Pinguibus miſceantur, ut Cuti tenaciùs adhæreant : Sola enim adhibita facilè diſſipantur, & in auras evaporant.

*Ung. Pleuriticum.*

℞ Ung. Dialth. ℥j. Ol. Lini ℥ſs. Ol. Cymini ʒſs. Camph. ℈ſs. m.

In Tumoribus Inflammatoriis datur congeſtio Lymphæ gelatinoſæ, quæ vaſcula comprimendo, Sanguini à tergo appellenti obſtructionem ponit, eumque extravaſari cogit : exindeque fibræ carneæ (quaſi cuneis adactis) è loco invicem detruſæ, confuſo ordine intricatæ, & ſupra tonum tenſæ, doloris ſenſum pariunt. Jam verò ad hujus mali amolitionem, duo veniunt præcipuè agenda. Primò, Gelatinoſa iſta concretio eſt (volatilium ope) adeo diſſolvenda, & eliquanda, ut facilè in Venas denuò remandetur. Secundò, Fibræ ipſæ ſunt (Oleoſorum ope) demulcendæ ; & glabræ reddendæ. Ita enim Sanguinis motu pulſifico jugiter protrudente, facillimè in naturales, & directas acies iterum explicentur ; Circulatio per partem debita redintegretur ; Humor congeſtus reſorbeatur ; & Affectus conſequenter ſolvatur.

*Ung. Podagricum.*

℞ Sapon. nigr. ℥iv. Piſſelæi Indici, Mellis liquidi ā ℥iſs. Alb. Ovi N° j. m.

De modo, quo Antipodagrica operantur, vid. Empl. Arthrit. & Fot. Podagr. Hoc ſæpe juvamen attulit. Super petiam extendatur, partique laboranti applicetur.

*Ung. Renale.*

℞ Ung. Popul. ℥iſs. Ol. Scorp. Succi Limon. ā ℥ſs. Opii ℈j. Camph. ℈ſs. m. f. Ung. ad dolores Nephriticos levandos.

*Ung. Saponaceum.*

℞ Sapon. Caſtil. ℥iſs. Ol. Tart. per deliqu. ℥j. Terr. Cimol. ʒiij. Rad. Helleb. alb. & nig. ā ʒiſs. Ung. Samb. (cum flor. Geniſtæ parati) ℥ij. m. f. Ung.

Ad Faciei, Cutiſque maculas, puſtulas, ſcabiem, & quaſcunque fœditates.

*Ung. Splanchnicum.*

℞ Ung. Dialth. ℥ij. Gum. Ammon. col. ℥ſs. Ol. Junip. gut. xx. m. ſ. a.

Craſſos, lentoſque humores alicubi congeſtos optimè attenuat, & diſſolvit; atque ad Abdominis, & Hypochondriorum tumores apprimè convenit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0295-5 DFG

*Ung. Spleneticum.*

℞ Gum. Ammon. col. ℥ſs. Labd. Balſ. Peruv. ā ʒij. Adip. Gall. ℥j. Ol. Roſ. ℥iv. Succi Cicutæ ℥iij. coq. ad ſucci conſumptionem. Ad eoſdem uſus cum ſuperiori, ſed vid.] Ung. Aperitiv.



APPEN-

# APPENDIX

AD

PHARMACOPOEIAM

EXTEMPORANEAM.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0297-7

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0298-3

# APPENDIX
## AD
## *Pharmacopœiam Extemporaneam.*

### *A Balſamum Nephriticum.*

℞ OL. Amygd. dulc. rec. expr. ℥iv. Ol. Sem. Papav. albi & Lini rec. expr. ā ℥ij. Nuciſt. per expreſ. ℥ſs. Ol. Petræ ʒv. Balſ. Copaib. ʒvj. Balſ. de Peru ʒij. Ol. Junip. ℈iv. Ol. Aniſi ʒj. Ol. Vitrioli rectificatiſſ. ℥j. Camph. ℈ij.

Agitentur ſimul in Vitro capaci donec inſigniter calefiant, & nigrum colorem acquirant: ceſſante calore digerantur in MB. per duos dies, ſæpiùs materiam agitando; deinde ad uſum reponatur.

Sed citiùs hæc miſceri poſſunt, parum calefaciendo Olea in M B. donec unita ſint; & deinde guttatim tepenti Oleo affundendo Oleum Vitrioli, donec omnia Olea fuerint unita.

A Præſtantiſſimum hoc Balſamum valdè efficax reperitur in Renum doloribus. Cataractas enim Renales reſerat, Ureteres glabros reddit; Calculos, & Urinam provocat. Morbis Pectoris medetur; Expectorationem promovet, Tuſſim ſedat.

Doſis à gt. x. ad Lx. cum Syrupo de Alth. vel Dec. Pectorali.

### *Bolus Hyſtericus.*

℞ Caſtorei, Aſſæ fœt. ā ℈j. Croci gr. iv. Sal. Succini gr. vj. Laud. Londin. gr. ij. Ol. Succini

cini gut. 1. Syr. de Artemiſ. q. s. m. f. Bolus veſperi ſumendus.

Ad Colicam Hyſtericam.

*Decoct. Catechu ſimpl.* ℔j.

℞ Pul. Ter. Japon. ʒij. coq. in Aq. font. ℔j. ad ℥xij. per ſubſidentiam depur. adde Aq. Cinnam. fort. Syr. Cydon. (vel è Roſis ſiccis) ā ℥ij. m.

*Decoctum Fracaſtorii tenue.*

℞ Diaſcord. ʒſs. Coccinel. ℈j. coquantur (ad duas treſvè ebullitiones) in Aq. font. ℔j. ſub finem addendo ſacch. alb. ℥ſs. col. per pannum Wallicum adjice Aq. Cinnam. ℥ij. m. Sit in potum ordinarium, in Febribus mali moris, cum Diarrhœâ.

*Decoct. Roſati* ℔ij.

℞ Conſerv. Roſ. rub. ℥ij. Paſſular. de Malagâ ℥i. Glycyrrh. Sem. Melon. ā ʒſs. Aq. Hord. ℔iij. coq. ad ℔ij. & col.

Rectè præſcribitur quando tenue ſalſum & acre Serum è glandulis exudans, Aſperam arteriam, & Pulmones irritans, Tuſſim quidem vehementem excitat; ſed tamen omnem excreandi expuendique conatum eludens, facilè Pulmones exulceret, & Phthiſin inducat.

*Elect. Corinthiaci* ℥iv.

℞ Rhabarb. elect. ſubtiliter comminuti ʒſs. Uvar. Corinth. mundat. ℥iij. Syr. è Cichor. cum Rhab. ʒſs. Ol. Aniſi gut. ij. diligentèr contundendo exactè commiſceantur, & f. Elect. pro octo doſibus matutinis, quibus ſuperbibatur hauſtus Cereviſiæ Scorbuticæ, cum Elix. Propri. gut. xx.

*Elect.*

### *Elect. de Menthâ.*

℞ Conſerv. Menthæ ℥iv. Ol. Cinnam. gut. iv. Ol. Garyoph. gut. ij. Ol. Aniſi. & Abſinth. ā gut. I. m.

Vomitiones ſiſtit; Cibi faſtidia diſcutit; Appetentiam invitat; Concoctionem adjuvat; Ructus nidoroſos corrigit; diſſolutumque Ventriculum aſtringit, & corroborat. Sed Conceptioni reſiſtere creditur. De quo tamen ipſe dubito.

### *A Elect. Peruv. Aſtringentis* ℥iv.

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥i. Balſ. de Tolu, Terr. Japon pul. ā ʒi. Syr. Boylean. q. s. m. f. Elect. pro x. doſib. ſumendis bis vel ter in die, ſuperbibendo cochleare unum, vel alterum Aq. Plantag. vel Limacum.

A Specificum eſt, & valde efficax Antidotum contra Sputum ſanguinis: nam Vaſa rupta, & aperta conſolidat, atque quaſi hermeticè ſigillat, abſque periculo Ulceris Pulmonum, quod poſt alia Remedia aſſumpta frequenter accidit, cum damno ægrorum irreparabili. Poſt Phlebotomiam debitam, Febres etiam Hecticas colliquativas ſufflaminat.

### *A Elect. Peruv. Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pul. ʒvi. Rad. Serp. Virgin. pul. ʒij. cum ſ. q. Syr. fl. Pæon. vel Pæon. comp. f. Elect. molle.

A Antiepilepticum præſtantiſſimum, & certiſſimum pharmacum exiſtit; uti Experentiâ me edocuit.

A Si (poſt debitas evacuationes) Adultis ʒi. & aliis minor doſis mane & veſperi per 2. vel

4. Menſes exhibeatur: & poſtea per triduum, vel quatriduum ante Novilunium, & Plenilunium, Morbos Epilepticos, & Hyſtericos penitus eradicat; atque etiam Saltationes Epilepticas iſtas, dictas choreas Sancti Viti; in quibus mille geſticulationibus, & ſaltationibus ridiculis ægrotantes divexantur, more Tarantatorum, à Tarantulis in Apuliâ ictorum; quemadmodum Ingenioſiſſimus Medicus Romanus Dr. Baglivus olim obſervavit. Et etiamſi laudatus Author accuſet Corticem tanquam cauſam Obſtructionum Meſaraïcarum incurabilium, & Febrium Hecticarum; nunquam mihi obſervare licuit tale effectum, ſi Corpus & Remedium debitè præpararentur.

Sed fateor ſanè, in Febribus Continuis, Malignis, Petechialibus; in Ictero; in morbis Puerperarum Lochiis fluentibus, exitiale audit.

*Eleoſaccharum Cardiacum.*

℞ Ol. Cinnam gut. vi. Croci, Moſchi, Ambr. griſ. ā gr. iij. Sacch. gr. xiv. m. f. pulv. in vi. doſes divid. & in vehiculo idoneo ſumendus.

*A Elixir Anodynum.*

℞ Camph. Myrrhæ, Croci ā ℥ſs. Rad. Contray. Garyoph. aromat. ā ℥i. Opii ʒij. Sp. Vini (rectif. ſine deſtill. infra deſcripti) ℥xx. m. Digerantur ſimul in fimo Equino per ſex ſeptimanas; deinde ſupernatans liquor à ſedimento ſeparatus uſibus dicendis reſervetur.

A Optimum eſt Elixir, ad dolores Colicos, & Nephriticos tollendos. Venenis reſiſtit, Sudores excitat; uti ſæpe obſervavi, dum Lugduni Batavorum operam ſtudio Medicinæ navabam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0302-8 DFG

vabam. Doſis à gut. v. ad xx. in vehiculo idoneo.

*Elixir Catharticum.*

℞ Sennæ ʒvj. Rhab. ʒij. Glycyrrh. ʒiſs. Sem. Aniſi, Carui ā ʒi. Coccinellæ ℈i. Croci ℈ſs. Sp. Vin. Gall. ℥xij. Aq. Mirab. Cinnam. ā ℥ij. poſt debitam infuſionem col. & adde Syr. Roſ. Sol. ℥ij. m.

Doſ. cochl. ij. veſp. & iij. mane ſequenti.

*A Empl. Pleuriticum.*

℞ Empl. Paracelſi, de Sapone ā ℥i. Ungu. Popul. ℥iſs. Camph. ʒiij. m. liquefiant lento igne perpetuò agitando cum Spatulâ: quando frigeſcere incipit addatur Camphora & fiat Empl. molle, quod valde anodynum dolores Pleuriticos, & Podagricos placat. Tumores Inflammatorios & Anginam diſſipat, abſque periculo repercuſſionis.

*Empl. Volatile.*

℞ Terebint. Venetæ puræ ℥i. agitetur in mortario, & ſenſim affunde Spirit. Sal. Armon. ʒi. continuò agitando, donec in craſſamentum album (inſtar Emplaſtri) coeant.

Tenacitèr adhæret; intimè penetrat; partes calefacit; fibrillas invigorat; Spiritus exagitat; Ductus carneos, nerveoſque reſerat; colluviemque impactam diſcutit, evaporare facit.

*Emulſio Brunneri.*

℞ Gum. Ammon. ʒjſs. diſſolv. (in mortario) in Aq. Hyſſop. frigidæ ℥iv. & Vin. Rhen. ℥ij. col. ſit pro duobus hauſtibus.

In Aſthmate extremum, & nunquam fallens

lens remedium habetur. Tantâque efficaciâ à ſuffocatione liberat, ut præclarius non viderim, inquit Author Conſil. 34.

*Fotus Aſtringens.*

℞ Cort. Querc. ℥ij. Cort. Granat. ℥ſs. Flor. Balauſt. Roſ. rub. ā Mi. coq. in Aq. ℔iv. ad ℔ij. col. adde Vini rub. Lisbon. ℔ſs. m. Addi poteſt Alumen ad ʒij. vel ℥ſs.

Fibras laxatas corrugat; Tonum firmat, Poros externos, & Meatus internos coarctat; Humorum affluxum prohibet, & aliò repellit. Valet in Inflammationum primo ſtadio, dum adhuc fiat Influxus, vel dum materia ſit remeabilis; in Tumoribus Oedematoſis; in Vomitu; Diarrhœâ; Fluxu Menſium, vel Hæmorrhoïdum immodico; Uteri, vel Inteſtinorum prolapſu, & Herniâ, ſc. poſt Inteſtini repoſitionem.

*Hauſtus ad Febrem Vulnerariam.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥iiſs. Theriacal. Acet. ā ʒvj. Ocul. Cancr. ſubtil. pulv. ℈ij. Antimon. Diaphoret. ℈i. Sacch. candi albi ʒij. Ol. Terebint. gut. iv. m.

*Hydromel cum Ceraſis.*

℞ Aq. f. ℔xij. Mell. ℔ij. ad perfectam deſpumationem coctis adjice Succi Ceraſor. acidulor. ℔ij. rurſus bulliant parum ſpumam accuratiſſimè auferendo.

Saporis erit jucundiſſimi, & pro potu ordinario inſerviat.

Eodem planè modo conficies è ſucco Citri, aliiſque Succis gratis & acidis inquit Dr. Lasher.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0304-0 DFG

## *Julapium Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥vi. Rad. Serp. Virgin. ℥ij. Aq. Ceraſ. nig. & Flor. Tiliæ ā ℥viij. Aq. Rutæ, Galegæ ā ℥iij. Pæon. comp. ℥ij. Tinct. Epilept. (infra deſcr.) ℥iij. Syr. Pæon. comp. ℥iij. m. f. Julap. Sumat patiens ℥iij. mane, & veſp. ante Plenilun. & Novilun. vitrum agitando.

Titulus vires indicat.

## *Julapium Moſchatum Infantum.*

℞ Aq. Ceraſ. nig. ℥iiſs. Pæon. comp. ℥ſs. Sp. Lavend. comp. gut. xij. Moſchi (cum Sal. CC. gr. j. & Sacch. candi albi ʒiſs. optimè ſuper porphyritem lævigati) gr. vi. Margarit. lævig. ℈i. m.

Dentur ʒij. vel ʒiij. ter in die, vel ſæpius Infantulo recens nato contra Convulſiones; atq; ità plus, pro ætatis ratione, bimulis, trimuliſvè Tuſſi convulſivâ vexatis.

## *Julapium de Sedo.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥viij. ſucci Sedi depurati, Syr. Limon ā ℥ij. m.

Potenter refrigerat; ebullientis Sanguinis æſtum coercet; Ventriculum ferventem recreat; Sitimq; Fauciumq; ardorem alleviat.

## *Lavamentum Hydropicum.*

℞ Sp. Vini rectif. ℥iij. Sp. Lavend. ℥i. Pil. Coch. maj. ℥ſs. Opii crudi ʒij. m. pro Lavamento.

Per

Per ſe uſurpari poteſt; vel (quod melius) miſceatur cum æquali quantitate Ol. Fl. Sambuci per Infuſ.

Efficax habetur Remedium contra Tumores Aquoſos; Abdomen puerorum tumidum; & Pedes Hydropicè tumefactos; ſi benè inungantur Partes, coram igne luculento, bis in die. Neq; ullum erit Gangrænæ periculum ex hujus uſu; quoniam (ob particulas ſpirituoſas) calorem nativum fovet; Poros partium aperit; & Lympham viſcoſam ſtagnantemq; aut expirare facit; aut circulanti ſanguini reſtituit.

## *Linimentum Joelis.*

℞ Æruginis ℥i. Mellis Roſ. ℥i. Aceti ℥ſs. ad Aceti conſumptionem coquantur, iiſq; per ſe refrigeratis admiſceantur pul. Aluminis uſti ℈ij. Maſtic. Thur. Myrr. ā ℈i. m.

Ad Gingivas ulceroſas, & putridas, poſt lotionem cum Gargariſmo (è fortioribus, & putredini reſiſtentibus parato) petia huic intincta partibus aliquotiès applicetur.

## *Maſticatoria.*

℞ Pul. Rad. Pyreth. ℥ſs. Maſtich. ʒij. Ol. Garyoph. Origani ā gut. iij. Oxym. Scill. & Ceræ ā q. ſ. f. pilæ juſtæ magnitudinis.

Conveniunt in Catarrhalibus Capitis, & vicinorum locorum affectibus; item in Uvulæ prolapſu, Dentium doloribus. Licèt non immediatè evacuant è Cerebro, quia tamen lympham evacuant, & à Cerebro avertunt, ſecundariò opem ferunt in Cephalalgiâ, Hemicraniâ, Apoplexiâ, Paralyſi, Lethargo, &c.

Sæpè

Sæpè etiam Sternutatoriorum vicarii ſunt, ubi ea minus tuta ſunt; & nihilominus ſeri uberioris evacuatio per Nares, aut loca vicina immediatè inſtitui debet.

*Mel Paſſulatum juxta Mayerne.*

℞ Uvar. Paſſarum ℔iv. Aquæ ℔xij. Macerentur horas 24. deinde coq. ad remanentiam tertiæ partis: col. & colatura decoquatur ad mellis conſiſtentiam.

*Miſtura Balſamica Nephritica.*

℞ Balſ. Copaiv. ℥ſs. Ol. Junip. chym. ʒſs. Vitel. Ov. N° ij. Syr. de Alth. comp. ℥iiſs. Aq. Perſic. ℥x. m.

Nobiliſſimis donatur viribus; valet enim ad Ulcera interna ſananda; ad Arthritidem; Dorſi debilitatem & dolorem; Fluorem album, & Gonorrhœam. Urinam ciet; & Calculos tàm ex Veſiculâ felleâ, quam ex Renibus pellit, uti nuper, non ſine ſtupore per experientiam edoctus fui exemplo cujuſdam Artificis in hoc Oppido ſc. Peters-Fieldia degentis, qui doloribus Nephriticis & Colicis horrendis excruciatus, in motus Convulſivos omnium membrorum tam fortes incidit, ut à plurimis robuſtis viris in Cathedrâ ſuâ detineri non potuit. Penſitatis morbi Symptomatis, Salia volatilia, & Remedia Antiepileptica fore inutilia credidi; ergo propinare miſturam laudatam in animum induxi. Aſſumptis plurimis cochlearibus, Urinæ (cum ſabulo arenoſo) magnam quantitatem reddidit, atq; varios Lapillos Capparum magnitudine per anum excrevit; qui procul dubio

per

per ductum Bilarium ex Veſiculâ Felleâ deſcendebant: atq;ità priſtinæ ſanitati fuit (plaudentibus Amicis) reſtitutus.

2. *Miſt. Colica.*

℞ Aq. Ment. ℥ſs. Cinnam. fort. ℥iſs. Elix. Propriet. tartariſari ʒi. Ol. Junip. gut. ij. Rhab. pul. ℈j. (vel ʒſs.) Sal. Abſinth. ℈ſs. Spir. Sal. Armon. gut. xv. m. f. hauſtus.

*A Miſtura Pleuritica.*

℞ Aq. Hyſſopi ℥ij. Fænic. ℥i. Epidem. Theriacal. Still. ā ℥ſs. Ocul. Cancr. pulv. Bezoard. Mineral. ā ℈i. Sp. Sal. Armon. gut. xv. Laud. Opiat. gr. ij. Syr. è Succ. Flor. Papav. errat. ℥i. m.

Poſt Venæſectiones debitas, Pleuritidi convenit; Dolorem punctorium, & Tuſſiculam tollit: æger ſumat cochl. unum, alterumvè ſingulis horis.

2. *Pil. Chalybeatæ Purgantes.*

℞ Gum. Ammon. (mediante Vino Rhenano depurati) ℥ij. Vitrioli Martis (ad levem rubedinem calcinati) ℥ſs. Scammon. ſulphurati ʒx. Ol. Ment. gut. xij. Syr. de Spinâ Cerv. q. ſ. m. f. Maſſa.

In Melancholiâ Hypochondriacâ, Cachexiâ, & Obſtructionibus pertinacibus conducit.

Doſis à gr. v. ad ℈i. Præſtat enim ſæpius minor doſis.

*Pulv.*

## *Pulv. Cephalicus.*

℞ Pul. de Guttetâ, Cinnab. nativ. præp. ā ℥ſs. m f. pul.

Pulvis de Guttetâ hic intelligitur, qui apud Cl. Theod. Mayerne in cap. de Epilepſiâ deſcribitur, & multis paraſangis excellit Riverianum, quem infra vide.

Pulvis hic eſt ſpecificus in Morbis Convulſivis, Vertigine, Gravedine Capitis, & Cephalalgia.

Obſervatio eſt notatu digna Dolores Capitis pertinaciſſimos, & fere ad Maniam accedentes (irritis aliis Remediis) ſolo Pulvere de Guttetâ ad ʒi. exhibito cum Brodio floribus Primulæ veris alterato; vel Decocto Betonicæ, aut foliis Theæ feliciter ceſſiſſe.

Memorabilis eſt Hiſtoria Puellæ celebris apud nos, quæ Canem rabidum, & ſcabioſum pro lecti ſocio admiſit, exindeq; effluviis morbidis ex cane emanantibus, & forſan ſalivâ venenatâ contaminata, motibus convulſivis correpta eſt, Hydrophobiâ laboravit; & (mirum dictu) nocte dieq; inſtar Canis involuntariè latravit. Plures Medicos conſuluit; & inter alia Remedia hunc pulverem ſumpſit cum aliquo emolumento, & poſtea priſtinam ſanitatem recuperavit.

## *Pul. de Guttetâ Mayernii.*

℞ Rad. Pæon. Mar. Sem. ejuſdem, Succini albi præp. Cryſtalli rupis præp. CC. vitriolati ā ʒiij. Cran. Hum. vitriolati, & crudi ā ℥ſs. Cal. aromat. Viſci quer. Raſ. ligni Buxi ā ʒiiſs. Corallii rub. Corallinæ, Rad. Valerianæ Sylv.

Spongiæ Bedeguar ā ʒij. Nuc. Moſch. Fl. Lavend. ā ʒi. Secundinæ Mulier. ℥i. ʒvi. & ℈i. Ambræ griſ. pro quâq; unciâ ℈i. Fol. Auri & Argenti minutim conciſ. N° xxiv. m. f. pulv. Doſ. à ℈i. ad ʒij.

### *Pul. Nephriticus.*

℞ Rad. Apii, Saxifrag. ā ʒij. Ocul. Cancr. præp. ʒi. Tart. Vitriolati, Lap. Prunel. ā ℈ij. Crem. Tart. ℈iv. Ol. Junip. gut. iv. m. f. Pulv.

Urinam promovet; Calculum pellit; Menſes movet &c. Doſis à ℈i. ad ʒi. in Dec. Rad. Althææ.

### *Pul. Ocul. Cancr. comp.* ʒij.

℞ Ocul. Cancr. ſubtil. lævigat. ʒi. Crem. Tart. ʒſs. Sal. Abſinth. Sal. Prunel. ā gr. xij. Sal. Succini gr. vi. m. f. pul. in vi. doſes dividendus, bis terve in die exhibendas.

Sanguinis & Viſcerum fermenta ferè deperdita reſtituit; Cruoris liquorem fundit; materiæ Febrilis ſecretionem promovet; & velut præcipitando, verſus Emunctoria deturbat.

### *Sal Volatile Sudoriferum.*

℞ Sp. Theriacal. Camphorati ℥x. Sp. Vitriol. volat. Sulph. rectif. ā ℥iij. Sp. Tart. ſubtil. Sp. Sal. Armon. ā ℥iiſs. m. Diger. ſimul 3. dies in M B. Deinde deſtillentur ferè ad ſiccitatem. Spiritus arctè in vitro clauſo reſervetur.

Præter alios uſus, Menſtruum eſt nobiliſſimum, quo paratur Tinctura Epileptica infra deſcripta.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0310-3

## *Spiritus Antiſcorbuticus.*

℞ Cort. Guaiaci ℥vij. Cort. Aurant. ℥v. Bac. Junip. ℔i. Sem. Dauci vulg. ℥vi. Sacchari ℔vi. Aq. com. ℔. L. Fœcum Cereviſiæ q. ſ. fermententur ſimul 12 dies; poſtmodum adde Sem. 3. calid. major. ā ℥i. deinde peractâ fere fermentatione, adjice Herb. Cochlear. Mxij. Becab. Miij. Naſturt. aq. & Indici ā Miv. Rad. Raph. ruſt ℥ij. Lig. Saſſafr. ℥iij. poſtea fiat Deſtillatio, & Rectificatio ſ. a.

Titulus demonſtrat vires. In Scorbuto frigido convenit. Acidum infringit; Flatus diſcutit; &c. Doſis à ℈i. ad ʒi.

## *Sp. Vini rectificatus ſine calore.*

℞ Sp. Vini com. ℥x. Sal. Tart. opt. calcinati ℥iv. m. Agitentur ſimul in vitro, ita ſenſim Phlegma diluit illa ſalia, quibus deinde oneratum, ſuâ gravitate, ad fundum præcipitatur, ſupernatante ſpiritu limpido leviter flaveſcente. Spiritum hunc per decantationem ſeparatum iterum atq; iterum cum Sale Tartari permiſce, & agita, donec Sal nulli Phlegmati occurrens ſiccum in fundo remaneat, ſpiritu limpido (inſtar Spiritûs Vini rectificati per deſtillationem) ſupernatante.

Multò præſtantior eſt Spiritus, quàm Sp. per deſtillationem rectificatus, quoniam acuatus eſt particulis Salinis, quæ poros ſimplicium reſerant: Ergo melior ad Tincturas Cinnam. Caſtor. Myrrhæ, Aloes, Croci &c. extrahendas.

*Suffitus ad Ani procidentiam.*

℞ Thuris Maſc. Succini Garyoph. ā ʒſs. Flor. Roſ. rub. Balauſt. ā ʒij. f. Pulv. craſſus, cujus accenſi fumus per ſellam perforatam accipiatur.

Ita uſus & conſuetudo voluerunt; quoad me verò, vix animum adduxi, ut credam Fumum Balauſtiorum, aliorumvè quorumvis Aſtringentium Vegetabilium, vim aſtringentem retinere poſſe.

*Suffitus ad Uteri prolapſum.*

℞ Scarabeor. ʒij. Pellicul. Anguill. minutim conciſ. ʒi. f. pulv.

*Syr. de Ammoniaco noſter.*

℞ Gum. Ammon. non col. ℥ſs. diſſolve ſuper Syr. Alb. ℥xi. ſenſim illi commiſceantur ſ. a.

Si loco Syr. Albi, uſurpetur Syr. è Flor. Digitalis, dicetur Syr. Aſthmaticus.

Validiſſimè incidit, tenuat, detergit, expurgatq; Pulmones; Strenuè confert inveteratis affectibus craſſæ, lentæque pituitæ ortum debentibus. Tuſſi laborioſæ, Empyemati, quin etiàm Peripneumoniæ, & Pleuritidi jam inclinatæ occurrit. In Aſthmate verò ſpecificè opem ferre perhibetur.

*Syr. Balſamicus.*

℞ Balſ. Tolut. ʒvi. coq. (non deſpumando) in Aq. font ℥xx. ad ℥xij. tunc adjice Sacch. de-

depuratiſſimi ℔j. & ſine ulteriori coctione f. Syrupus qui cùm refrixerit coletur.

*Syr. de Myrrhâ.*

℞ Myrrhæ ʒij. (vel ad ſummum ℥ſs.) teratur cum Sacch. candi rub. ℥iv. fiat in Albuminibus Ovorum diſſolutio eodem modo ac paratur Ol. Myrrhæ per deliquium.

Optimus eſt ad Tuſſim inveteratam, Aſthma, & Ulcus Renum.

*Syr. ad Tuſſim Convulſivam.*

℞ Muſci Quercini Pulmonar. Miv. Rad. Symph. maj. ℥vi. Paſſul. Sol. exacin. ℥ij. Glycyrrh. raſ. ʒiij. Balſ. Tolut. ʒij. Coq. in Mulſâ ad ℔iſs. & cum Sacch. q. ſ. f. Syrupus admodum craſſus.

Celebris & efficax eſt contra Tuſſes clangoſas, & convulſivas Puerorum (Anglicè Hooping-Coughs) ſi cochl. j. vel ij. propinetur ſæpè in die ante & poſt ſingulos tuſſiendi conatus. Vel in Aq. Puleg. vel Decocto Pectorali, per aliquot dies.

*Tab. Peruvianæ Antihecticæ.*

℞ Pul. Cort. Peruv. ℥iſs. Balſ. Copaiv. ʒij. Sacch. Roſ. (in Aq. Abſinth. diſſol.) ℥viij. cum Mucilag. Gum. Tragac. f. Tabellæ ſ. a. adeo ut ſingulæ ponderent ʒij.

Veſcatur unâ quater in die, ſuperbibendo ℥iv. Dec. Pect. parati ex magnâ quantitate Fol. Tuſſilag. Hed. terr. Muſc. Querc. &c.

Forma Tabellarum ægrotis eſt gratiſſima, quando



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0313-0

quando debemus æq; militare contra Ægrotantium Opiniones, ac ipſum Morbum. Febres Hecticas, Tuſſes Phthiſicas, Dyſpnœam, & reliquorum ejuſmodi Symptomatum ſatellitium ſuperant; præmiſſâ venæ ſectione, ſi opus fuerit.

## *Tinct. Epileptica.*

℞ Caſtor. opt. ℥ſs. Succini flavi in tenuiſſ. pulv. redacti, Croci Angl. ā ʒij. Fl. recent. Lil. Convall. ℥i. his affund. Sal. Volat. Sudorif. ſupra deſcript. ℥x. digerantur abſque calore per 6. dies in vitro clauſo: poſtea filtretur tinctura, vel decantetur à fœcibus.

Epilepſiam, & Hyſtericam paſſionem, inſtar miraculi penitus eradicat, ſi ante & poſt paroxyſmum propinetur, & repetatur ante Novilunium, & Plenilunium. Doſis à ℈i. ad ʒi. in Aq. Ceraſ. nig. Fl. Tiliæ, vel Julap. Cephalico.

## *Tinctura Martialis.*

℞ Salis Martis Riverii (in Cap. de Melanch. Hypoch. deſcripti) Tartari ſolubilis ā ℥ſs. exponantur Aeri frigido donec in deliquium abeant: deinde adde Croci Anglici opt. ʒij. & affunde Aq. Cinnam. fortis ℥viij. ſtent in digeſtione frigidâ in vitro benè obturato per plures dies; deinde filtr. pro uſu.

Efficax eſt ad Palpitationem Cordis, Melancholiam Hypochondriacam, Cachexiam, Menſes obſtructos, Cardialgiam, ſi detur cochl. j. mane, & veſperi, in Vino Albo, vel Canarino per 40. vel plures dies.

Aliquando in Ventriculi, Lienis, & Uteri affe-

affectibus inveteratis, & pertinacibus. Vinum chalybeatum exhiberi debet per annum integrum.

*Trochiſci Paralytici.*

℞ Sacch. alb. ℥i. Sp. Lavend. comp. gut. 60. Ol. Roriſmar. gut. iv. Mucilag. G. Tragac. q. ſ. f. Troch. parvi.

*Vapor Emmenagogus.*

℞ Scoriarum Reguli Antimonii pulv. ℥iv. coq. in Lixivii cinerum ſaturati q. ſ. ut extrahatur rubedo, col. ℥iv. admiſce Vini Malvatici ℥i.

Hujus mixturæ cochleare unum, alterumvè ſuper ſilices ignitos affundatur, & patiens fumum aſcendentem excipiat.

Hoc faciendum tamen juſto tempore; & Menſes proſilient (inquit Hartman. cujus hoc eſt Experimentum) proſpero cum ſucceſſu. Potentiùs verò agitur (ait Zwelfer) ſi illa uteri vaginæ ſyringe injiciatur.

1. *Vinum Hydropicum.*

℞ Cort. Ebuli, Rad. Irid. Florent. ā ℥ij. Cort. inter. Alni nigræ bacciferæ exſic. ℥iiſs. Rad. Enulæ Camp. Scill. ā ℥ſs. Bac. Junip. ʒiiſs. Rad. Jalap. ℥ſs. Helleb. nig. ʒij. Fol. Sennæ ℥ij. Sal. Abſint. ℈iv. Vini albi ℔iv. Digerantur frigidè per aliquot dies, deinde filtrentur.

Vinum planè excellens exiſtit contra Hydropem Anaſarcam; nam Lympham viſcoſam in partium poris, vel circa Valvulas lymphaticas

hærentem, & rupturam Vaſorum minantem incidit, attenuat; & poſtea per Renum Cataractas præcipitat; nec-non per Sedes evacuat.

*Ung. ad Lac Repellendum.*

℞ Alum. pulv. ℥ſs. Butyri ℥ij. Ceræ ʒij, m. ſ. a.

*A 2. Ung. Pleuriticum.*

℞ Ung. de Alth. ℥i. Ol. Amygd. dulc. ʒiij. Camph. ℈i. Sp. Sal. Armon. ʒi. m. f. Ung.

Dolores Pleuriticos, & Podagricos placat, & tollit, ſi ungatur partibus dolore afflictis; quoniam poros valdè penetrat, & particulas acres ſtagnantes vel obtundit, vel diſſipat; & extravaſatas maſſæ ſanguineæ circulanti reſtituit.

Per Experientiam didici quid Spirituoſa cum Unctuoſis mixta, doloribus optimè medeantur, non ita ſola ſpirituoſa.

*Ung. Stomachicum.*

℞ Terebinth. Ven. Spir. Sal. Armon. ā ʒi. Ceræ, Ol. Junip. ā ʒij. Ol. Garyoph. ʒi. Ol. Menth. ℈ij. Ol. Abſinth. ℈i. m. ſ. a & f. Ungu. elegans & nobile.

FINIS.

# INDEX MORBORUM, ET RERUM PRÆCIPUARUM

Hoc opere occurrentium copioſiſſimus.

## A.

*Contra Abortum externa.* Empl. Dorſale, E. Gravidar. Fot. Aſtring. F. Stomach.

*Contra Abortum interna.* Elec. contra Abort. Infuſ. Roſ. Miſt. aurea, M. Conſol. Pul. contra Abort. P. Gravidar.

*Contra Abortum Intentiones.* Elec. contra Abort. Miſt. Conſol. Pul. Gravid.

*Acidum corrigentia.* Elect. Cretac. Juſc. Cancr. Pul. Cardialg. P Edulcor. P Perlat.

*Acida ad Diarrhœam.* Pul. Tart.

*Acida quando vitanda.* Julap. Acido-dulce, J Diuret. acid. J Refriger. Syr. Diuret.

*De Acido Humano.* Pul. Edulcor.

*De Alcali & Acido.* Miſt. de Bolo.

*Alcalia rarò proſunt Adultis.* Pul. Edulcor.

*Alexipharmaca.* Bol. Sudorif. Dec. Antiloim. D Fracaſt. D Sacr. Hauſt. Alexiph. H. Amar. Jul. Alexiter. Lap. Alexiter. Pil. Camphor. P è Coccin. Pul. Alexiph. P Angel. P Bezoart. P Epidem. P Theriacal.

*Alexipharmaca è multis conſtant.* Pul. Alexipharm.

*Alexipharmacorum effectus.* Dec. Antiloim. D Sacr. Jul. Alexit. Pul. Alexiph.

*Allii vires mirabiles.* Loh. de Allio.

*Alterantia cum Alimentis eſſe uſurpanda.* Cerev. ad Cancrum.

*Alvi fluxus. V. Diarrh.*

*Amara.* Bol. Sudor. Cerev. Amar. arom. Dec. Amar. arom. D Bardanæ, D Chamæpit. D Febr. Amar. D F Magiſtr. D Jugland. 2. D Sacr. D ad Scrophul. D Trifolii. Elec. Peruv. Elix. Stom. Hauſt. Amar. H Peruv. Infuſ. Amar. 2. I Arthrit. I Chamæm. I Colic. Miſt. Peruv. Pil. Alexit. P Arthrit. P Diaphoret. P Febrif. P Gent. Pul. Arthrit. P Stom. amar. Tinct. Alexiter. T Gent. Vin. Amar. V Enul.

*Amara dulcorantur Acidis.* Jul. Acido-dulce.

*Amara dulcorantur Lixivioſis.* Miſt. de Bolo.

*Amygdal. tumor & inflam. v. Vvulæ relax.*

*Analeptica.* Cand. Cord. C Reſtaur. 2. Cibus albus, Dec. Phthiſ. Elect. Analept. 2. E de Satyrio. En. Nutriens Hauſt. Lact. Juſc. Cancr. J Conſum. J Galli, J Phthiſ.

*Analepticorum ratio.* Aq. Limac. Scorb. Dec. Phthiſ. Juſc. Cancr. J conſum.

*Contra Anginam.* Catapl. Angin. C de Caſſiâ, C de Iride, El. Apophl. Empl. Angin. E Epiſpaſt. E Pleurit. Garg. Angin. G ad Pituit. Vap. ad Angin. *Vid. ad Uvulæ relax.*

*Contra Anginam Intentiones.* Catapl. Angin. Garg. Angin. G ad Pituit. Vap. ad Angin.

*In Anginâ Repellentia mala.* Catap. Angin.

*Ad Ani procid. V. Procid. Ani.*

*Ad Animi Deliq. V. ad Syncopen.*

*Anodyna externa.* Catap. Papav. Empl. Anod. Epith. Anod. E Front. lact. Fot. Anod. F ad Inflam. F Lateral.

*Anodynorum ratio.* Fot. Anod. F Later. F. Scorbut.

*Anthelminthica. V. Vermes.*

*Antícteric. V. ad Icterum.*

*Antictericorum ratio.* Dec. Icter. El. de Curcumâ.

*Antihectica. V. ad Feb. Hect.*

*Antihecticorum ratio.* Aq. Limac. Scorb. Dec. Phthiſ. Elec. Poterii, Juſc. Cancr. J conſum.

*Antimonium in Cereviſiâ aceſcenti malum.* Cerev. ad Cancr.

*De Antimonio diaphoret.* Hauſt. diaphor. Potio Warwic.

*Antiparalytica. V. ad Paralyſin.*

*Antiparalyticorum ratio.* Emp. de Pyreth. Lin. Paralyt.

*Antiphthiſica. V. Phthiſica.*

*Antiphthiſicorum ratio.* Aq. Limac. Scorb. Dec. Phthiſ. Jul. Perl. Phthiſ. Lohoch Myrr. Tinct. Antiphth.

*Aperientia.* Cerev. Aper. C Diuret. C ad Rachit. C Scorb. attemp. Dec. Aper. D Depur. D Diuret. D Emmenag. D ad Scroph. Ung. Aperit. *V. Chalybeata. Splanchnica. Splenetica. ad Obſtructiones.*

*Aperientium internorum ratio.* Dec. Splanch. Miſt. Ecphract.

*Aperient. externorum ratio.* Ung. Aperit.

*Aphrodiſiacum.* El. de Satyrio.

*Ad Aphthas.* Dec. Malvæ, D Rapar. El. San. Garg. com. G Deterg. G ad Linguæ ard. G Refrig. G de Vite. Loh. com. L. de Olib. L Mucil. L Rubr. Paſta ad Aphth.

*Apophlegmatica.* El. Apophleg. Errhina omnia. Garg. ad Pituit. G de Pyreth. Loh. Apophl. Pul. dentalg. Vapor ad Angin.

*Apophlegmaticorum ratio.* Elec. Apophl. Garg. ad Pituit. Loh. Apophlegm.

*Apoplectica. V. Morb. Sopor.*
*In Apoplexia Enemata ſunt reiteranda.* En. Apoplec.
*Ad Appetentiam excitandam.* Dec. Amaro-Arom. Infuſ. Amar. Julap. Propriet. Miſt. Stom. Pul. Tart. comp. Vin. Amar. V Mirab. *V. Stomachica.*
*Aqua fontana Sal Acidum continet.* Emulſ. CCC.
*Aqua Lactis non eſt mera ſimplex Aqua.* Aq. Lim. Scorb.
*Aquæ Tunbrig.* Pil. Diuret.
*Ad Arenulas.* Bol. de Caſſiâ, Dec. Nephrit. Empl. Nephrit. *V. ad Calculum.*
*Aromaticorum Stomach. effectus.* Pul. pept.
*Arthritica Externa.* Empl. Arthrit. E Iſchiat. E Pleurit. Epith. Saponac. Fot. Podagr. Ung. Pleurit. U Podagr.
*Arthritica Interna.* Aq. Millep. Cerev. Arthrit. Dec. Bardanæ, D Chamæp. D è Lignis, Expr. Millep. Infuſ. Arthrit. Miſt. Balſ. Nephr. Pil. Arthrit. Pul. Arthrit.
*Arthriticorum Externorum ratio.* Empl. Arthrit. Epith. Sapon. Fot. Podagr.
*Arthriticorum Internorum ratio.* Pil. Arthrit.
*Aſcaridum indoles, & curatio.* En. Amar. E Dulce, Fot. Amar.
*Aſcites exacerbatur à Diureticis.* Cerev. Hydrop.
*Aſthmatica.* Aq. Millep. Dec. Expect. Emulſ. Brunneri, Expr. Millep. Hydrom. Joelis, H Simpl. Miſt. Aſthm. Oxym. Aſthm. O de Peto, Syr. de Ammon. S de Helen. S de Myrrhâ.
*Aſthmaticorum ratio.* Miſt. Aſthmat.
*In Aſthmate cavenda Calida, & Suffitus.* Hydr. Joel. Suff. ad Catarr. S Phthiſ.
*Aſtringentia.* Dec. Aſtring. D Equiſeti, D Millefol. D Siſtens. El. Aſtring. Fot. Aſtring. Hauſt. Aſtring. Infuſ. rub. Julap. Aur. Pil. Aſtring. P Japon. P Stypt. Pulv. Gravid. P contra Hæmorrh. Rob Acaciæ.
*Aſtringentium Externorum ratio.* Empl. Gravid. Fot. Aſtring.
*Aſtringentium Internorum ratio.* El. Aſtr. Hauſt. Aſtr.
*De Aſtingentibus cautiones.* Jul. Aſtring.
*Aſtringentium Fumus ſuſpectus.* Suffit. ad Ani procid.
*Aſtringentia Salivationem non inhibent.* Garg. de Vite.
*Ad atrophiam. V. analeptica.*
*Ad aurium Dolorem.* Cat. de Cymino.
*Ad aurium Tinnitum.* Miſt. Acoviſt, Ol. Acoviſt.
*Auriculariorum ratio.* Miſt. Acoviſt. Vapor. Auricul.
*Auricularioram Regula.* Miſt. Acoviſt.
*Auribus Opium ſuſpectum.* Catap. de Cymino.

B.

*Contra Balbutiem.* Empl. Cephal. Lot. Cephal.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0319-7

*Balſamica.* Bol. Balſ. Dec. Balſ. D Tolut. El. Balſ. E de Coloph. E Lucat. E Terebint. En. Balſ. E Tereb. Jul. Perl. Phth. Loh. Balſ. L Lucat. L Myrrh. Miſt. Balſ. M Balſ. Nephrit. Pil. Balſ. P Gilead. P de Myrr. Pul. Balſ. Syr. Balſ. S de Myrr. Tab. Balſ. Tinct. Balſ.

*Balſamicorum ratio.* Loh. Lucat. L Myrrh. L Viride, Pil. Gilead. pul. Balſ.

*Balſami Capivii vires.* Miſt. Balſam.

*Bechica.* Dec. Cynogl. D Rapar. El. Diaſulph. Extr. Pect. Hauſt. Bech. Hydrom. Pect. Infuſ. Hiſpan. Jul. Pect. Loh. Enul. Miſt. Pect. Pil. Sulph. Pul. Pect. Syr. de Liquir. Tab. Pect. Tinct. dulc. Troch. Pect. Vin. Pect.

*Bilem corrigentia. V. Refrigerantia acida; & ad Sitim.*

## C.

*Cachectica.* Dec. Cachect. D è Lignis, D Sanct. D Sarſæ. Oxym. purg. pect. Pil. Cachect. P Ecphract. Tinct. Gent. Vin. Enul. *V. Chalybeata. Purgantia lenia, Sang. facul. depur. Scorbutica. Splanchnica.*

*Cachecticorum ratio.* Miſt. Ecphract. Oxym. pect. purg. Pil. Cachect.

*Ad Calculum Externa.* Catap. de Succis. Empl. Anod. E Nephrit. Fot. ad Colicam, F Diuret. Vapor ad Urin. Ung. ad Calcul. U Renale.

*Ad Calculum Interna.* Cerev. de Baccis, C de Dauco, C Diuret. C Junip. Dec. Nephrit. D pect. El. Nephr. E Tereb. Elixir Anod. Emulſiones. En. è 4 Ol. E Sapon. E Tereb. Expr. Millep. Hauſt. ad Arenul. Hydrom. Diuret. Miſt. Balſ. Neph. M Diuret. M Junip. Pil. Nephrit. P Smegmat. P Terebint. Potio alba. Pul. Nephriticus. P Tilingii. *V. Carmin. Diuretica. Somnifera.*

*Ad Calculum Purgantia.* Bol. de Caſſiâ, Potio alba, P purg. Nephrit.

*Ad Calc. Externorum ratio.* Fot. Diuret. Vapor ad Urin. ciend.

*In Calculi paroxyſmo mitia ſint Diuretica.* Miſt. Oleoſa.

*In Calculo nocent Diuretica.* Hauſt. ad Aren.

*Cancrorum fluv. vires.* Juſc. Cancr. fluv.

*Contra Cancrum.* Aq. Bard. Balſ. mirab. Cerev. ad Cancr. 2. C ad Scrophul. Dec. ad Cancr. Expr. Millep.

*Contra Canis rabidi morſum, Vide morſ. Venen.*

*Capitis Dol. V. Dol. Capitis.*

*Ad Carbunculum. Balſ. Mirab.*

*Cardiaca Externa. V. Cordis Palp. & Trem. ad. Syncopen.*

*Cardiaca Interna.* Bol. Card. El. Card. cal. E Reg. Eleoſac. Card. Emulſ. Cord. En. Confortans, Eſſent. Cord. Hyſter. Hauſt. Card. H Conſol. Julap. Aur. J Cord. J Idæum. J Moſch. J Perl. Cord. Miſt. Card. M Conſol. Pil. de

de Ambrâ P de Moſcho, P Syncop. Pul. Ambræ, P Angel. C. Sacch. perl. Tab. Card. Vin. Mirab. *V. alexipharmaca. Diaphoretica. Stomachica.*

*Cardiaca Interna Temperata.* Elect. Card. temp. Jul. perl. attemp. Jul. perl. phthiſ.

*Cardiacorum ratio.* Elect. Card. cal. Jul. Cord. J Moſch. J Perl. Cord.

*Cardiacorum temper. ratio.* El. Card. temp. Jul. Cord. temp. Jul. perl. Attemp.

*Ad Cardialgiam.* El. Cretac. Pul. Cardialg. P Edulc. Tinct. Mart.

*Carminativa.* Aq. Junip. Cerev. Am. Arom. C de Baccis, C de Dauco, C Junip. Dec. Junip. El. Carmin. E Cretac. E Stom. Jul. Carmin. Miſt. Arom. M Carmin. M Junip. Pil. Carmin. Pul. Arom. P Aurant. P Carmin. P pept. Sp. Carui. Vin. Mirab.

*Carminantium ratio.* Jul. Carminans.

*Ad Caſum.* Bol. Balſ. B ad Caſum. Dec. Traumat. Hauſt. ad Caſum Infuſ. Traumat. Miſt. de Sperm. Ceti. Pul. ad Caſum.

*Ad Caſum Intentiones.* Decoc. Traumat. Hauſt. ad Caſum. H ad Feb. Vuln. Inf. Traum.

*Catarrhalia Externa.* Cucupha Empl. Maſtich. Lin. Cephal. Miſt. Tubul. Petum Phthiſ. Saccul. de Cymino. Suff. ad Catarr.

*Catarrhalia Interna.* Cerev. è Lignis. Dec. Catarrh. D Catechu. D Cynogl. D Roſatum, D Sanct. El. Sanans. E Quadr. Hauſt. è Cynogl. H Bechic. H ad Catarrh. H Sacchar. Loh. Haly. L Japon. L Incraſ. Mel. paſſul. Pil. Catarrh. P Poterii. Syr. è Cynogl. Troch. Catarrh. *V. Incraſſantia, Pect. Somnifera.*

*Catarrhalium Externorum Ratio.* Empl. Maſt. Lin. Cephal.

*Catarrhalium Internorum Ratio.* Hauſt. Bechic. H ad Catarrh. Hauſt. Sacchar. Loh. Haly. Pil. Catarrh. P Poterii.

*Catarrh. è Pericranio.* Lin. Cephal. Succ. de Cymino.

*In Catharrho caveantur Incidentia, & Purg. fortia.* Hydrom. pect. Pil. Catarrh.

*Cephalica Externa.* Cucupha. Empl. Apoplect. E Cephal. E Major. E Maſt. Linim. Cephal. Lot. Cephal. Ol. Cephal. Pul. Capill. *V. Apophlegm. Vigil.*

*Cephalica Interna.* Aq. Millep. Balſ. Shefferi. Cerev. Cephal. Dec. Cephal. El. Ceph. E de pœoniâ, E Quadr. Infuſ. Ceph. I Epilept. Julap. Cephal. Pil. Ceph. P è Cinnab. Pul. Euphrag. mag. comp. P de Nuce Moſch. Tinct. Gent. *V. Convulſ. Dol. Cap. Paralyt. Vertig.*

*Cephalicorum Externorum ratio.* Empl. Maſt. Lin. Cephal.

*Ceph. Externa vix afficiunt Cerebrum.* Catap. de Terrâ Cimol. Lin. Cephal.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0321-4

*Cephal. Internorum ratio.* Cerev. Cephal. Infuſ. Cephal. Pul. Major. mag. comp.

*Cephalicorum tempora.* Julap. Cephal. Pul. Euphrag. m. comp.

*Cerebrum in Plenilunio turget.* Jul. Cephal.

*Cereviſia antimonialis, & Purgans non debent aceſcere.* Cerev. ad Cancrum, C purgans.

*Chalybeata.* Aq. Chalyb. Cerev. Chal. C Chlorot. C Scorb. cal. Elec. Martis. Infuſ. Amar. Chal. Jul. Chal. Miſt. Ecphract. Pil. Bened. P Cachect. P Chal P Chal. purg. P Ecphract. P Hyſter. P è Sale Chal. 2. Pul. Chal. Syr. Chal. S è Sale Chal. Tinct. Mart. Vin. Amar. V Chal.

*Chalybeatorum Ratio.* Miſt. Ecphract. Pul. Chalyb.

*Chalybeatorum Regimen.* El. Martis Julap. Chalyb.

*Chalybeata non adeo proſunt Senibus.* Pul. Chalyb.

*Chalybeatorum Formula eligenda.* Vin. Chalyb.

*Chalybi præſtat Ferrum.* Syr. Chal.

*Chalybis Sal nullam continet aciditatem.* Syr. è Sale Chal.

*Chalybeatis acida non repugnant.* Vin. Chalyb.

*Chalybeatis amara optimè maritantur.* Vin. Chal. amar.

*De Chalybeatis & Purgantibus.* Pil. Cachect.

*Contra Chloroſin.* Cerev. Chlorot. *V. Cachectica. Chalybeata. Emmenagoga.*

*Ad Choleram.* Enema Refrig.

*Ad Choream* S. Viti. Elec. Peruv. Epilept.

*Coctionem juvantia.* Pul. Carmin. P pept. *V. Carmin. & Stomachica.*

*Ad Colicam.* Bol. Hyſter. Dec. Amaro-Arom. D Febrif. Amar. D Junip. Elec. Zedoar. 2. Elix. Anod. Enema Carmin. E Colic. E Confort. E Corrob. E Tereb. Fot. Col. Hauſt. contra Vom. Infuſ. Chamæm. I ad Colicam, Miſt. Colica, M Junip. M Tart. Pil. Col. P Gem. Pul. Aurant. P Col. 2. Tinct. Rhab.

*In Colicâ, Enematum uſus.* En. ad Col.

*In Colicâ Fotuum ratio.* Fot. ad Col.

*Ad Colicam Intentiones.* En. Col. E Ol. Amar. Fot. ad Colicam. Pil. Colicæ.

*De Colocynthide nota.* Enema Apoplect.

*Conceptui reſiſtens.* Elec. de Menthâ.

*Contra Convulſiones.* Cerev. Cephal. C Epilept. Dec. Cephal. Elec. Cephal. E Peruv. Epilept. E de Pœon. Emulſ. pœon. Expr. pœon. Hauſt. Cephal. Infuſ. Epilept. Jul. Ceph. J Epilept. J Moſch. Infant. Miſt. Epilept. Pil. è Cinnab. Pul. Cephal. P de Guttetâ, P pœon. Tab. Cephal. Tinct. Epilept.

*In Convulſionibus Intentiones.* Hauſt. Cephal. Jul. perl. Hyſter. Miſt. Epilept.

*Cordialia. V. Cardiaca.*

*Ad Cordis Palpitationem, & Tremorem, Syncopen, &c. Externa.* Catap. Stom. Empl. pect. Epith. Card. Fot. Stom. Lin. Cephal. Ol. Cephal. O Paralyt. Saccul. Aromat. S Stomach. Scut. Cardiac. Ung. Cord. U Pect.

*Ad Cordis Palp. Trem. &c. Interna.* Balſ. Shefferi. Bol. Card. Hauſt. Card. H è Sal. Vol. Jul. Moſch. Miſt. Moſch. Pil. de Ambrâ, P Solenand. Pul. Ambræ comp. Tab. Card. T Cephalicæ, Tinc. Mart. *V. Cardiaca. Cephalica. Hyſterica.*

*De CCC.* Emulſ. de CCC.

*Cortex Aurant. viridis præſtat ſiccatæ.* Aq. Millep.

*Cort. Peruv. decoquendi modus.* Dec. Feb. Magiſt.

*Cort. Peruv. modus exhibendi conveniens.* Dec. Feb. Mag.

*A Cortice Peruv. orta Diarrhœa ut ſiſtenda.* El. Peruv.

*Cort. Peruv. non obſtruit, & quando noxius.* Elect. Peruv. Epilept.

*Ad Cutaneos affectus.* Cerev. Antimon. 2. *V Sanguinem Depurantia.*

*Cymini mira vis penetrans.* Catapl. Later.

*Cynogloſſi vis ſoporifera ſuſpecta.* Syr. de Cynogl.

D

*Dauci vis Diuretica.* Cerev. de Dauco.

*Ad Delirium.* Empl. Epiſpaſt. *V. Vigil. & Sang. Refrig.*

*In Dentalgiâ intentiones.* Garg. de pyreth.

*Dentalgica. V. Dol. Dent.*

*Dentalgica cur Temporibus applicantur.* Empl. pro Tempor.

*De Dentali lapide.* Pul. Dentifric.

*Ad Dentes detergendos.* Paſta Gall. Pul. Dentifric. Tinct. G. Laccæ.

*Ad Dentium dol. V. Dol. Dent.*

*Ad Dentitionem Infantum Intentiones.* En. ad Tormina.

*Ad Diabetem.* Dec. Incraſſ. D Liber. Emulſ. Arab. Pul. Arab.

*Diaphoretica.* Bol. Sudor. Dec. Antiloim. D Sacr. D Sanct. Hauſt. Diaphoret. Pil. Alexit. P Diaphor. Pul. Bezoart. P Diaphoret. P Epidem. P Theriacal. Sal vol. Sudor. *V. Alexipharmaca, & Cardiaca.*

*Contra Diarrhœam Externa.* Catapl. Stomach. C contra Vom. Empl. Maſtich. E Stomach. Fot. Aſtring. F ad Hæmorrh. fl. F Stomach.

*Contra Diarrhœam Interna.* Bol. luteus, Cerev. Aſtring. Dec. Aſtringens, D Catechu Simp. D Fracaſt. D Siſtens, El. Aſtring. E de Rhabarb. Emulſ. de CCC. En. de Malicorio, Expr. Roſ. Hauſt. Aſtring. Hydrog. Chartaceum, Infuſ. Rhab. I Roſar. S. & comp. S. Rubr. Julap. Aſtring. Miſt. de Bolo, M Pacif. Ol. Rhab. Potio de Rhab. Pul. Angelicæ Comp. P Aſtring. Troch. Samb. *V. Aſtringentia. Alexipharmaca. Opiata. Stomachica.*

*In Diarrhœâ Intentiones.* Elec. Aſtring. Emulſ. de CCC. Hauſt. Aſtring. Infuſ. Rhab. Miſt. de Bolo. Potio de Rhab.
*Diarrhœa quando non nocet.* El. Aſtring.
*De Diarrhœâ ſymptomaticâ ſiſtendâ.* Jul. Aſtring. Infuſ. Roſ. comp.
*Diuretica.* Aq. Millep. A Sceletyrb. Dec. Coccin. D Depur. D Diuret. D Junip. Hauſt. Diuret. Acid. H D Oleoſ. Hydrom. Diur. Juſ. Diur. Acid. D Aromat. J D Nitroſ. Miſt. Balſam. Nephrit. M Diur. Pul. Diuret. 2. P Nephrit. P Ocul. Cancr. comp. P Tilingii. Syr. Diuret. *V. ad Calculum, & Hydropica.*
*Diureticorum Externorum Ratio.* Fot. Diuret.
*Diureticorum Internorum Ratio.* Pil. Diuret.
*D. acidorum Ratio.* Hauſt. Diuret. Acid. Jul. Diur. Acid.
*D. aromaticorum Ratio.* Jul. Diur. Arom.
*D. Nitroſorum Ratio.* Jul. Diur. Nitr.
*D. Oleoſorum Ratio.* Hauſt. Diuret. Oleoſ.
*Diuretica ſint mitia in Calculo.* Miſt. Oleoſa.
*Ad Dolores. V. anodyna, & Somnifera.*
*Ad Dol. aurium.* Catap. de Cymino.
*Ad Dol. Capitis Externa.* Catapl. papav. C de Terrâ Cimol. Empl. Cephal. E Epiſpaſt. E Maſtich. Epith. Cephalalg. E Frontale Aqueum, E F Lacteum, Errhina omnia. Fot. pacif. Frontale. Linim. Front. Lotio ped. Maſticat. *V. Cephalica.*
*Ad Dol. Cap. Interna.* Balſ. Shefferi. Elec. Apophlegm. E de Pœonia. Expr. pæon. Infuſ. Cephal. I Epilept. Pil. Cratonis. Pul. Cephal. P Euphrag. 2. P pæon. comp. Tinct. purg. Cephal. *V. Cephalica, & ad Convulſiones.*
*Dolor Cap. quando externus.* Lin. Frontale.
*Ad Dolorem Dentium.* Elec. Apophleg. Empl. Epiſpaſt. E Major. E Maſt. E pro Tempor. Epith. Alum. Garg. ad pituit. G de pyreth. Maſticator. Pila Odontalg. Pul. Dentalg.
*Ad Dolorem dorſi.* Empl. Balſam. E Dorſale, E ad Lumbag. E Spinale, E Anodynum. Miſt. Balſ. Nephrit.
*Ad Dolorem Lateris.* Elec. Carmin. Linim. Laterale, Miſt. Arom. M Carminat. Pil. de Olibano, Ungu. Pleurit. *V. Pleuritica.*
*Doloris Lateris Ratio.* Linim. Later. Ung. Pleurit.
*Ad Dolorem poſt Partum.* Jul. Carmin. J Puerper. Miſt. Theb.
*Doloris poſt partum ratio.* Jul. Puerp.
*Ad Dolores vagos Scorbuticos.* Aq. Limac. Scorb. Aq. Scelotyrb. Cerev. Arthrit. Dec. Chamæpit. D Edulc. D Sanct. D Sarſæ, D Trifol. Emp. Volatile Fot. Scorb. *V. Diaphoretica & Scorbutica.*

*Ad Dolorem Ventris. V. Ad Colicam. Tormina.*

*Ad Dyſenteriam.* Bol. Balſam. Cerev. Aſtring. Dec. Fracaſt. Dec. Siſtens. Dec. Traumat. El. Sanans Enema Balſ. Fot. Dyſenter. Infuſ. Roſ. 2. I Rubr. Ol. Rhab. Pil. Dyſent. Troch. Samb. *V. Cardiaca. Somnifera. Ad Tormina.*

*In Dyſenteriâ Intentiones* Enema Balſ. Pil. Dyſenter.

*Ad Dyſpnœam.* Emulſ. Brunneri. Hauſt. è Sal. volat. Hydrom. Joelis. Pil. de Allio. P. Pect. Pul. Millep. C. Syr. de Ammon. S. de Helenio. Tab. Peruv. Antihect. *V. Ad Aſthma & Pector. Incidentia.*

*Ad Dyſuriam. V. ad Calcul. Diuret. & Vrinæ ardor.*

E.

*Ad Ebrietatem diſcutiendam.* Fot. Camphoratus.

*Eclegmatum Genera, & Ratio.* Loh. Viride.

*Ecphractica.* Miſt. Ecphract. Pil. Bened. P. Cachect. P. Chalyb. purg. P. Ecphract. *V. Aperientia. Chalybeata. Splanchnica.*

*Electuaria ut in Ventriculo commorentur.* Elec. Stom.

*Emeticorum formulæ.*

*Emmenagoga.* Dec. Emmenag. D. è Lignis. En. Hyſter. Fot. Emmenag. Jul. Chalyb. J. Diuret. Arom. J. Emmenag. Pil. Bened. P. de Myrrhâ. P. Puerper. Pul. Emmen. P. Myrr. comp. Tinct. Mart. Vapor Emmenag. *V. Chalybeata. Hyſterica.*

*Emmenagogorum Externorum Ratio.* Fot. Emmenag.

*Em. Internorum Ratio.* Dec. Emmenag. Jul. Diur. Arom. Emmenag. Pil. Bened.

*Ad Empyema. V. Pect. Incid. & Balſamica.*

*Emulſionum uſus varii.* Emulſ. com.

*Enematum Cordialium Ratio.* En. Confort.

*Enemata poſſe Nutrire.* En. Nutriens.

*Enemata expurgant omnia Inteſtina.* En. Purg.

*Enemata in Apoplexiâ ſunt reiteranda.* En. Apopl.

*Enemata ut diu retineantur.* En. de Malicor.

*Enemata actu Frigida.* En. Refrig.

*In Enemate Ol. chym. Sal. volat. Sp. Vini.* En. Anod.

*In Enemate Opium.* En. Somnif.

*In Enemate Terebinthinæ & Vrinæ ratio.* En. Tereb.

*Epileptica. V. Cephal. & ad Convulſiones.*

*Epiſpaſticorum uſus.* Empl. Epiſpaſt.

*Errhinorum effectus.* Errhin. Chym.

*Ad Eryſipelas.* Catap. Samb. Fot. Samb. Miſt. ad Eryſip. Ung. ad Eryſip.

*In Eryſipelate Repellentia noxia.* Miſt. ad Eryſip.

*Expectorantia.* Dec. Expect. Hydrom. Pect. 2. Loh. de



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0325-7

Allio. L. Viride. Miſt. Sapon. Oxym. 3. Pil. de Allio. *V. Pect. Incid.*

*Expectorantium Ratio.* Dec. Expect.

F.

*Ad Febrem Ardentem. V. ad Sitim. Oris Inflam. Linguæ Ardor. Vigil.*

*In Febre Ardente Intentiones.* Serum Lujul.

*De Febre Catarrhali.* Infuſ. Hiſpan.

*Ad Febrem Continuam Externa. V. Dol. Cap. Vigil.*

*Ad Feb. Cont. Interna.* Hauſt. ad Feb. Vulner. *V. Alexiph. Diaphoret. Ad Animi Deliqu. Diarrh. Singult.*

*Ad Febrem Hecticam.* Aq. Limac. Scorb. A. L. Pector. Dec. Phthiſ. Elec. Poterii. Emulſ. Arab. E. Communis. Jul. Perl. Phthiſ. Juſcula 5. Tab. Peruv. Antihect. Tinct. Antiphthiſ. *V. Analeptica*

*Ad Feb. Intermitt. Externa* Catap. de Telis. Empl. Febriſ. E de Thure.

*Ad Feb. Intermitt. Interna.* Dec. Febr. amar. D F Magiſtr. D F Salſum. Elec. Peruv. Enema Febrif. Hauſt. Febrif. H F Riverii. H. Peruv. Infuſ. Chamæm. Miſt. Peruv. Pil. Febrif. P Gent. Pul. Epidem. P Febrifugus. P Ocul. Cancr. comp.

*Ad Feb. Malignam Externa.* Catapl. de Halec. C. de Raph. C. Suppedale. Empl. Epiſpaſt. E. Supped. Linim. Front. *V. Dol. Cap. Vigil.*

*Ad Feb. Malig. Interna.* Bol. Card. Dec. Antiloim. D Fracaſt. D Sacrum. D Scorzon. D Varioloſ. Emulſ. Cord. Enema Confort. Hauſt. Alexiph. H Amar. H Diaphoret. Jul. Alexit. J Moſch. J Perl. Cord. Lap. Alexit. Pil. Alexit. Pul. Alexiph. P Angel. C. P Bezoart. P Diaphoret. P Epidem. P Theriacal. P Viper. comp. Tinct. Alexit.

*In Feb. Maligna Intentiones.* Dec. Sacr. Jul. Alexit. J Perl. Cord. 1 P Hyſter. Pul. Alexiph.

*In Febre Maligna Fotus, & Lotio pedalis vitentur.* Epith. Front. aq. Fot. Pacif. Lotio Pedalis.

*Ad Febr. Scorbuticam.* Aq. Limac. Scorb. Dec. Sarſæ. *V. Scorbutica temper.*

*Ferrum præſtat Chalybi.* Syr. Chalyb.

*Contra Flatus. V. Carminativa.*

*Contra Flatus Intenſiones.* Jul. Carmin. Pil. Carmin.

*Contra Fluorem album.* Cerev. Aſtring. Dec. Aſtring. D Equiſeti. D Millefol. El. de Coloph. Empl. Balſam. Hauſt. contra Fluorem. Miſt. Balſ. Nephrit.

*Fluor albus inveteratus vix curabilis eſt.* El. de Colophon.

*Fœtum roborantia.* Miſt. aur. M. Conſol. *V. Analeptica.*

*Fotus ante Linimenta.* Linim. Later.

*Ad Frigidos Affectus. V. Cardiaca. Chalybeata. Hydropica. Para-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0326-3

*Paralytica. Pectoralia incidentia. Scorbutica calida. Splanchnica. Stomachica.*

*Frontalium Ratio.* Frontale.

*Fumus Aſtringentium non aſtringit.* Suffit. ad Ani procid.

G.

*Ad Gangrænam.* Dec. Sacr. *V. Alexipharmaca.*

*Gargariſmorum Ratio.* Garg. pro Uvulâ.

*Gargariſmi acres non adverſantur Inflammationibus.* Garg. ad Pituitam.

*Garg. Aſtringentes non inhibent Salivationem.* Garg. de Vite.

*De Gelatinâ Lymphaticâ.* Jul. Succin. Vin. Hydrop.

*De Gingivis.* Pul. Dentifric.

*Ad Gingivarum Eroſionem, Putredinem, &c.* Garg. Myrrh. G Prunell. G Scorbut. G de Vite. Linim. Alum. L Joelis. Tinct. Laccæ.

*De Glycyrrhizâ.* Tinct. Dulcis.

*Ad Gonorrhœam.* Bol. de Caſſiâ. Cibus albus. Emulſ. Com. Miſt. Balſam. Pil. Gilead. P de Mer. Dulci. P de Scammon.

*Ad Gravidarum Affectus. V. Abortum prohibentia, & Fœtum Roborantia.*

*Gravidæ ut recreentur.* Miſt. Conſolans.

*Gravidis nocent Sulphurea.* Pil. Poterii.

H.

*Contra Hæmoptoën.* Bol. Balſam. Elect. Boyl. E Lucatel. E Peruv. Aſtring. Emulſ. Stypt. Expr. Stypt. Hauſt. Hæmopt. H Japon. Infuſ. Roſ. I Stypt. Jul. Stypt. Loh. Japon. L Stypt. Pil. Hæmopt. P Stypt. Pul. Hæmopt. P contra Hæmorrh. Syr. Boyl. Tab. Hæmopt.

*Hæmoptoicorum Ratio.* Emulſ. Stypt. Expr. Stypt. Julap. Stypt. Loh. Japon.

*In Hæmoptoe Aſtringentia cavenda, & Suffitus.* Infuſ. Roſ. comp. Suffit. Phthiſ.

*Ad Hæmorrhagiam Narium ſiſtendam Externa.* Epith. Front. aqu. E de Sacch. Saturni. Frontale.

*Ad Hæmorrh. ſiſt.* Dec. Coccin. D Equiſeti. D Incraſſ. D Luſitan. D Millefol. D Stypt. El. Boyl. E Stypt. Emulſ. Stypt. Expr. Becab. C. E Stypt. Fotus Aſtring. Hauſt. Camphor. H Hæmopt. H Stypt. Infuſ. Roſ. I Stypt. Jul. Acido-dulce. J Refrig. J Stypt. Pil. Camphor. P Stypt. Pul. Hæmopt. P contra Hæmorrh. P Stypt. Syr. Boyl.

*Contra Hæmorrhagiam Intenſiones.* Dec. Stypt. Elec. Boyl. Expr. Stypt. Jul. Stypt.

*Ad Hæmorrhoidum fluxum ſiſtendum Externum.* Fot. ad Hæmorrh. flux.

*Ad Hæmorr. flux. ſiſt. Interna.* Cerev. Aſtring. Dec. Stypt. El. Stypt. Expr. Stypt. Hauſt. Stypt. Infuſ. Stypt. Pil. Stypt. P è Tereb. Pul. contra Hæmorrh. P ad Herc. P Stypt. Succ. Hæmorrh.

*Hæmorrhoïdum fluxus noxii Signa.* Succ. Hæmorrh.

*Ad Hæmorrhoïdum Dolorem, & Tumorem.* Catap. de Ovis. Enema de Verbaſco. Fot. ad Hæmorrh. dol. Linim. Hæmorrh. Vapor Hæmorrh. Ung. Hæmorrh.

*Hæmorrhoïdalium Ratio.* Linim. Hæmorrh.

*Contra Hecticam. V. Febr. Hect.*

*Contra Hecticam intentiones.* Dec. Phthiſ. El. Poterii. Juſc. Conſum. J Cancr. fl.

*Hepatica. V. Icterica. Splanchnica.*

*Contra Herniam.* Fot. Aſtring. Pulv. ad Hern.

*Ad Herpetem.* Syr. Incraſſans.

*De Hydragogis.* Pil. Hydrag.

*Hydropica Externa.* Empl. Hydrop. Fot. ad Tympan. Lavament. Hydrop.

*Hydropica interna.* Cerev. Arthrit. C Diuret. C Hydrop. C Purg. Hydr. C Junip. Dec. è Lign. En. Carmin. E Terebint. Hauſt. Hydragog. H è Sal. volat. Jul. Diuret. Arom. J Succin. Lixiv. Hydrop. Pil. Hydrag. Pot. Purg. Hydrop. Succ. Hydrop. Vin. Diuret. V Hydrop. *V. Chalybeata.*

*In Hydrope intentiones.* Cerev. Hydrop. Jul. Diuret. arom. J Succin. Vin. Hydrop.

*Hydropici ut purgandi.* Pot. Purg. Hydrop.

*Contra Hypercatharſin externa.* Catap. Stomach. C Vom. ſedans. Fot. ad Colicam. F Stomach. Sacc. Arom. S Stomach.

*Contra Hypercath. interna.* Dec. Aſtring. D Fracaſt. D Siſtens. El. Aſtring. E Stomach. E de Zinz. En. de Malicorio. Jul. Stomach. Miſt. de Bolo. Miſt. Pacif. Pul. Aſtring.

*Hypochondriaca.* Aq. Millep. Bol. Hypochondr. Cerev. Junip. Dec. Cort. Jugl. 2. D Junip. D Paſſul. D Splenet. Elix. Stom. Exp. Refrig. Infuſ. amar. Chalyb. Julap. Propriet. Miſt. Junip. Pil. Chalyb. Purg. P Splenet. Tinct. Mart. *V. Chalybeata. Scorbutica attemp. Splanchnica.*

*Hypochondriacorum ratio.* Dec. Splanch. Pul. Splanch.

*Hypnotica. V. Somnifera.*

*Hyſterica.* Bol. Hyſter. Cerev. Hyſter. Dec. Hyſter. D Sacr. El. Camph. E Hyſter. E Peruv. Epilept. En. Carmin. E Hyſter. Eſſent. Cord. Hyſter. Hauſt. Hyſter. Jul. Camph. J Hyſter. J Perl. Hyſter. Miſt. Hyſt. Aq. & Sp. M Moſch. Pil. Camphor. P Hyſter. P de Moſcho. P Solenand. Pul. Hyſter. Tab. Hyſter. Tinct. Epilept.

*Hyſterica Purgantia.* Dec. Agarici. Serum Purg. Hyſter.
*Hyſtericorum ratio.* Elec. Camph. Jul. Hyſter. J Perl. Hyſter. Nodul. Hyſter. Pul. Hyſter..
*Hyſterica quales Moſchum ferant.* Pil. Solenand.

I.

*Icterica.* Dec. Berber. D Icter D Tartariſ. El. de Curc. Empl. Icter. Expr. Icter. E Millep. Icter. Hauſt. Sapon. Pil. Icter. P Smegmat. Pul. Viper. Vin. Icter. *V. Chalybeata.*
*Ictericorum intentiones.* Dec. Icter. El. de Curcumâ.
*Ad Iliacam paſſionem.* En. Oleoſ. Amar. Hauſt. contra Vom. Jul. Antemet. Miſt. Corall. *V. ad Colicam.*
*Contra Inappetentiam. V. Stomachica.*
*Incraſſantia.* Cerev. Aſtring. Dec. Incraſſ. D Malvæ. Emulſ. Arab. Pul. Arab. P Incraſſ. Syr. Incraſſ. *V. Pectoralia incraſſantia.*
*Incraſſantia inſtante menſium fluxu mala.* Jul. Stypt.
*Incraſſ. in Tuſſi thoracicâ mala.* Hauſt. ad Catarrh.
*Ad Inflammationes.* Fot. Aſtring. *V. Angin. Anodyna. Eryſip. Pleur.*
*Inſtrumentum pro pueris moroſis.* Infuſ. Anthelminth.
*Ad Inteſtina confortanda.* En. Carmin. E Confort. E Corrob. E de Malicor.
*Ad inteſtinorum prolapſum.* Fot. Aſtring. Suffit. ad Ani procid.
*Inteſtinorum remediorum ratio.* En. Anod. E Balſam. E Carmin. E Col. E Confort. E Conſol. E Terebint.
*Iſchiatica. V. Arthritica.*
*Ad Iſchuriam. V. ad Calc. Diuret. & urinæ ard.*
*Iſchuriæ Ratio.* Vapor ad Urinam ciendam.
*Julapium Cord. extemporaneum.* Miſt. Card. edulc.
*Jul. hyſt. extemp.* Miſt. Hyſter. aq.
*Juſculorum vires.* Juſc. conſumm.

L.

*Ad Lac repellendum.* Ung. ad Lac rep.
*De Lacte deſtillato.* Aq. Lim. Scorb.
*Lateralia externa.* Catapl. de Iride. C Later. Empl. Later. Fot. Later. Lin. Later. Saccul. Later.
*Lateralium externorum ratio.* Fot. Later. Lin. Later.
*Lateralia Interna. V. Dol. Later. Pleurit.*
*Laudanum celare.* Miſt. Pacif.
*Laxantia.* Dec. Tamarind. El. Laxans. En. Emoll. E pro Infante. E Laxans. Potio Lenit. Pul. Laxans. Serum Tamarind. Suppoſit.
*Contra Lethargum. V. Morb. Soporoſ.*
*Limaces deſtillati.* Aq. Lim. Pect.

*Linctuum intentiones.* Loh. Viride.
*Ad Linguæ ardorem, fiſſuras, &c.* Gargariſmata varia, Loh. com. L Lævig. L Mucilag. L Rub. El. Sanans. Miſt. ad Gulam. Paſta ad Aphth. *V. Oris fiſſuras.*
*Ad Linguæ Paralyſin.* Elect. Apophl. Empl. Epiſpaſt. Garg. Paralyt. G ad Pituit.
*Lithontriptica. V. ad Calc. & Diuretica.*
*Lochiorum fl. cientia. V. Emmenagoga.*
*Loch. fl. cohibentia. V. Hæmorrhag.*
*Lochia non inhibentur ab Opio.* Jul. Puerp.
*Ad Lumbaginem.* V. Dol. Dorſi.
*Ad Lumbaginem Intentiones.* Empl. ad Lumbag.
*Lumbis applic. ratio.* Empl. Dorſale.

M.

*Malignitas quid.* Pul. Theriacal.
*Ad Marcorem. V. Analeptica.*
*Martialia. V. Chalybeata.*
*Medicamenta Parti Specifica.* Dec. Cort. Jugl.
*Mel.* Hydrom. Simp.
*Contra Melancholiam. V. Hypochond. Splanch.*
*Contra Melanch. Intentiones.* Expr. Refrig. Infuſ. Card.
*Menſes cientia. V. Chalyb. Emmenag.*
*Menſes ſiſtentia.* Fot. ad Hæmorrh. fl. Hauſt. Japon. H Stypt. Hydrog. Chartac. Infuſ. Stypt. Jul. Stypt. Pil. Aſtring. P Stypt. Pul. Arab. P contra Hæmorrh. P Stypt. *V. Incraſſantia.*
*Menſtrua.* Sal volat. ſudorif. Sp. Vini rect. ſ. c.
*Mercurialia.* Bol. Vermif. Lotio Mercur. Pil. è Merc. crudo. P è Merc. dulci.
*Mercurialium noxæ.* Lotio Mercur.
*Contra Mictum involuntarium.* Dec. Cinnab. Pil. Camph. *V. Incraſſantia.*
*Millepedum vires.* Expr. Millep. ſimpl.
*Ad Morbos Soporoſos Externa.* Empl. Apoplec. E Epiſpaſt. Errhina.
*Ad Morb. Sopor. Interna.* Cerev. Cephal. Elec. Apophl. E de Sinapi. Enema Apopl. Garg. Paralyt. G ad Pituit. Hauſt. è Sal. Vol. Jul. Cephal. Maſticat. Pil. Cratonis. Pul. Major. comp. *V. Cephalica.*
*Ad Morb. Sopor. Intentiones.* Pul. Major. comp.
*Ad Morſum Venenatum.* Dec. ad Morſ. Canis Rab. Pul. Cephal. Tinct. Gent. *V. Alexipharmaca.*
*Moſchus quibus Hyſtericis convenit.* Pil. Solenand.
*Mumiæ uſus damnatus.* Pul. ad Caſum.

N.

*Narcotica. V. Somnifera.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0330-4

*Contra Nauſeam. V. Stomach. & ad Vom. ſiſtend.*

*Nephritica. V. ad Calculum.*

*In Nephritide cautio.* Julap. Diuret. acid.

*Neurotica.* Balſ. Mirab. Expr. Millep. *V. Paralytica.*

*Nitri vires.* Dec. Coccin. Hauſt. Nitroſ. Jul. Pleurit. Pul. Nitroſ.

*Nitri abuſus.* Jul. Diuret. Nitroſ.

*Nitroſa non miſcenda Spiritibus Acidis.* Syr. Diuret.

*Nitri modus exhibendi.* Dec. Coccin.

O.

*Ad Obſtructiones.* Cerev. Aper. C Ić̃ter. C Purg. Hydrop. Dec. Aperit. D Cacheſt. D Splenet. Julap. Chalyb. Propriet. Miſt. Ecphract. Pil. Chal. purg. Vin. Enul. Ung. Aperit. *V. Chalybeata. Icterica. Splanchnica.*

*Obſtructiones non fiunt à Cortice Peruv. Elect. Peruv. Epilept.*

*De Oculis.* Frontale.

*Odontalgica. V. Dol. Dent.*

*Odorifera.* Paſtil. Odor. Pul. Odor. P O Damaſc. Suffit. Odor.

*Odorifera uſta fœtent.* Suffit. Odor.

*Odorifera quibus, & quare nocent. Pil. de Ambrâ.*

*Oleorum Chymicorum uſus externus.* Ung. Pect.

*Olea Chym. in Enemate.* En. Anod.

*Ol. Cym. miſcendi modus.* Miſt. Junip.

*Poſt Oleoſa non ſtatim bibendum.* Hauſt. Oleoſ.

*Oleoſa non occludunt poros.* Ung. Aperit.

*Ophthalmica Externa.* Balſ. Mirab. Empl. de Major. E Epiſpaſt. Frontale.

*Ophth. Interna.* Expreſ. Millep. Pul. Euphrag. comp.

*Opiata. V. Somnifera.*

*Cum Opiatis Cardiaca.* Hauſt. Diaphor.

*Opium cautè Auribus indendum.* Catap. de Cymino.

*Opium in Enemate.* En. Somnif.

*Oris Medicamenta.* V. Stomachica.

*Ad Oris fœtorem, & ſordes.* Garg. com. G Deterg. G Myrrh. G Scorb. G de Vite.

*Ad Oris Fiſſuras, Eroſiones, Aſperitatem, &c.* Garg. Angin. G Emoll. G Lævig. G ad Linguæ ard. G Refrig. G Variol. Paſta ad Aphth. Syr. Incraſſ. S de Malvâ. *V. Linguæ ard.*

*Ad Oris Ulcera.* Garg. com. G Myrr. G Prunel. G Roſ. G Rub. Tinct. G Scorb. G de Vite. Loh. de Olib.

*Ad Orthopnœam.* Miſt. Sapon. Oxym. Aſthm. *V. ad Dyſpnœam.*

*Otica. V. Aurium Dol. Tinnit. Surdit.*

*Ad Ozænam.* Garg. Myrrh.

P.

*Ad Palpit. Tremoremvè Cordis Externa.* Catap. Stom. Epith. Cord. Fot. Stom. Sacc. Arom. S Card. Scut. Card. Ung. Cord. Vide Cord. Palp.

*Ad Palp. & Trem. Cord: Interna.* Hauſt. Card. H Conſol. H è Sal. Volat. Jul. Moſch. Pil. de Moſcho. P Solenand. P Syncopales. P de Ambrâ comp. Tab. Card.

*Panis deſtillatus.* Aq. Limac. Pect.

*Paralytica Externa.* Catap. de Rapis. Empl. Apoplect. E Epiſpaſt. E de Pyreth. Lin. Paralyt. Maſticator. Ol. Paralyt.

*Paralytica interna.* Balſ. Mirab. B Shefferi. Cerev. Ceph. C Diuret. C è Lignis. C Scorb. cal. Dec. è Lign. Elec. Apophl. E de Sinapi. Garg. Paral. Hauſt. è Sal. Vol. Jul. Cephal. Loh. Apophleg. Miſt. Junip. M Paralyt. Oxym. Purg. Pect. Pil. Cratonis. Pul. Euphrag. comp. P Major. comp. P Nuc. Moſc. comp. Troch. Paralyt.

*Paralyticorum Extern. Ratio.* Empl. de pyreth. Lin. Paralyt.

*Paral. Internorum Ratio.* Miſt. paralyt.

*Paralyticis quæ conveniunt.* Miſt. paralyt.

*Ad Partum, & Puerperas.* Bol. ad Caſum. Miſt. Aur. M Hyſter. Spir. Pil. Puerp. Pul. ad Caſum P Myrr. comp. Vapor ad Partum. *V. Dol. poſt Partum. Emmenag.*

*Ad partum promovendum Intentiones.* Miſt. Hyſter. Spir. Pil. Puerper.

*Pectoralia Externa.* Catap. de Iride. Empl. Pect. Saccul. Later. Scut. Pect. Ung. Pect.

*Pect. Ext. Ratio.* Empl. Pect.

*Pectoralia Balſamica.* Dec. Balſ. D Tolut. El. Balſam. E Lucatel. E de Myrr. E Terebint. Hauſt. Cynogl. Loh. Balſam. L Lucatel. L Myrr. Miſt. Balſam. M B Nephr. M Diaſulph. Pil. Balſ. P Gilead. P de Myrr. P Sulph. Pul. Balſ. Tab. Balſ. Tinct. Balſ.

*Pect. Balſ. Ratio.* Dec. Balſ. El. Balſ. Loh. Myrr. Pil. Gilead.

*Pect. Incidentia.* Dec. Expect. El. Expect. Emulſ. Brunneri. Hydrom. Pect. Loh. de Allio. L Aſthmat. Miſt. Balſ. M Expect. 2. Oxym. Aſtm. O de Peto. O Purg. Pect. Pil. de Allio. P Croc. P Expect. P de Myrr. P Nigræ. P Pect. P Sulph. Pul. Millep. C Syr. de Allio. S de Ammon. S de Helen. Vin. Enul.

*Pect. Incid. Ratio.* Dec. Expect.

*Pect. Incraſſantia.* Dec. Catarrh. D Incraſſ. D Pect. El. de Malvâ. E Maſt. E Pect. E Quadr. Extr. Pect. Hauſt. Bech. Loh. Bechic. L Oleoſ. L de Sperm. Ceti. Mel Paſſul.

ſul. Miſt. Bech. Pul. Arab. P Incraſſ. Syr. Cynogl. S Incraſſ. Troch. Catarrh. *V. Catarrh.*

*Pector. Incraſſ. Ratio.* Dec. Pect. El. Balſ. Loh. Bech.

*Pectoralium Ratio.* Jul. Pect. Loh. Lucatel. Miſt. Pect. Pil. Croc.

*Pectoralia quæ ſunt vera.* Loh. Lucatel.

*Pectoralium ratio Exhibendi.* Infuſ. Hiſpan.

*Pectoralia non immediatè deſcendunt in Pulmones.* Loh. Haly.

*Ad Pedum Tumores.* Lavament. Hydrop.

*Peptica.* Miſt. Arom. M Carmin. Pul. Arom. P Carmin. P Pept. Vin. Mirab. *V. Carminat. & Stomachica.*

*Pepticorum Ratio.* Pul. Pept.

*Perlata.* Jul. perl. 4. Pul. perl. Sacch. perl.

*Ad Perniones.* Epith. de Calce.

*Ad Pertuſſim Infantum.* Expr. Millep. ad Pertuſſim. Syr. ad Tuſſim.

*Ad Phrenitidem. V. ad Febr. ard. ad Sitim. ad Vigilias.*

*Phthiſica.* Aq. Limac. Scorb. A L pect. A Millep. Balſ. Mirab. Cerev. pect. Dec. Edulc. D Phthiſ. D Tolut. El. Diaſulph. E de Myrr. Expr. Millep. Jul. perl. Phthiſ. Juſc. Galli. J Phthiſ. Loh. Myrr. Petum Phthiſ. Suffit. phth. Syr. Balſam. S de Myrr. Tab. peruv. Antihect. Tinct. Antiphth. Troch. Catarrh. Vapor. pect. *V. Analeptica. Balſamica. Catarrhalia. Hæmoptoica. Pectoralia.*

*Contra Phthiſin Intentiones.* Dec. Phthiſ. Jul. perl. phthiſ. Loh. Myrr. Tinct. Antiphth. Vapor. pect.

*Pilulæ præſtant Potionibus Cephalicis.* Pil. Cephal.

*Pinguia Poros non occludunt.* Ung. Aperit.

*Pituitam in habitu Corporis ſtagnantem Attenuantia, Digerentia, & Educentia.* Dec. Cachect. Oxym. purg. pect. *V. Cachectica. Scorbutica. Splanchnica.*

*Pituitam Pulmonibus impactam Corrigentia, & Expurgantia. V. Pectoralia Balſam. & Incidentia. Aſthmat.*

*Pituitam in Ventriculo & Inteſtinis Corrigentia & Evacuantia.* Oxym. purg. Pector. Pil. de Ammon. Stom. P Sylv. Tinct. purg. Cephal. *V. Carminat. Stomachica.*

*Pleuritica Externa.* Catapl. Later. Empl. pleurit. Fot. Later. Lin. Later. Saccul. Later. Ung. pleurit.

*Pleurit. Externorum ratio.* Fot. Later. Ung. pleur.

*In Pleuritide verâ Externa non proſunt.* Lin. Laterale.

*Pleuritica Interna.* Aq. Fimi. Dec. Coccin. D pect. D pleur. Emul. com. Expr. pleur. Hauſt. pleur. H Nitroſ. H Oleoſ. H è Sal. Vol. Jul. pleur. Loh. de Lino. L pleur. Miſt. pleurit. Pil. de Olib. P Piceæ. P pleur. Pul. Hibern.

*Pleurit. Internorum Ratio.* Expr. pleurit. Jul. pleur. Pil. Piceæ.

*Podagrica. V. Arthritica.*

*Potus Febricitantium.* Dec. Acetoſæ. D Fracaſt. ten. Hydrom. cum Ceraſis. Jul. de Sedo. *vide Refrigerantia ad Sitim.*

*Præparans.* Hauſt. Præp.

*Ad Procidentiam Ani, vel Uteri.* Fot. Aſtring. Suffit. ad Ani procid. S ad Uteri prolapſ.

*Ad Profluv. Menſ.* V. Menſ. Siſt.

*Pſorica.* Cerev. Antimon. 2. Dec. Cacheᴄt. D Pſor. *V. Sang. fæc. Depurantia.*

*Ad Puerperas. V. Feb. contin. Hyſterica. Lochia. ad Partum.*

*Purgans Externum.* Ung. Aloeticum.

*Purgantia Lenia, & Media.* Bol. de Caſſiâ Cerev. Scorb. cal. C purg. C P Hydrop. C pro Pueris. Dec. Cacheᴄt. D purg. com. El. Corinth. E Laxans. E de Rhab. En. Commune. E purg. E Tereb. Infuſ. purg. Ol. Rhab. Oxym. purg. Paſſulæ purg. Pil. de Ammon. Stom. P Bened. P Cacheᴄt. P Cephal. P Chal. purg. P Ecphraᴄt. P de Guaiaco. P Stom. purg. Potio purg. P Nephr. P de Rhab. Pul. Anthelminth. purg. P Laxans Tinᴄt. purg. Ceph. T Rhab. Vin. Cathart.

*Purgantia Fortiora,* Bol. purg. El. purg. Elix. Cathart. Emulſ. Cathart. Oxym. de peto. Pil. Cathol. P Colicæ. P Hydrag. P Luteæ. P de Merc. crudo. P de M dulci. P de Scammon. Potio purg. Hydrop. P P Reſin. P Sanᴄta. P Warwic. Pul. Cathart. P panchymag. Tinᴄt. purg. Vin. Hydrop. purg. Amar. Cathart. V Hydrop. purg. 2.

*Purgantia Hyſterica & Splenetica.* Dec. Agar. D Cort. Jugl. purg. Pil. Ecphraᴄt. Serum purg. Hyſter.

*Purgans Peᴄtorale.* Dec. peᴄt.

*Purgantium Reſinoſorum noxæ.* Emulſ. Cathart.

R.

*Ad Rachitidem Externa.* Empl. Spinale. Linim. Spinale. Ung. Aperit.

*Ad Rachitidem Interna.* Aq. Limac. peᴄt. Cerev. ad Rachit. Dec. Aperit. D Edulc. D peᴄt. Jul. perl. phthiſ.

*Ad Rachitidem qualia uſurpentur.* Lin. Spinale.

*Rachitides quando maximè occurrunt.* Cerev. ad Rachit.

*Ad Raucedinem.* Elec. Lucatel. Extr. peᴄt. Loh. com.

*Reficientia. V. Analeptica.*

*Refrigerantia.* Dec. Acetoſæ. D Coccin. D Luſitan. D Tamarind. Eleᴄt. Acid. Emulſ. com. Enem. Refrig. Epith. Front. aq. E de Sacch. Saturni. Expr. Becab. Hauſt. Nitroſ. Julap. Acido-dulce. J Refrig. I de Sedo. Pul. Nitroſus. Serum Lujul.

*Refrigerantium ratio.* Infuſ. Roſ. Jul. Refrig. Serum Lujul.

*Repellens.* Fot. ad Hæmorrh. flux.
*Repellentia in Anginâ mala.* Catap. Angin.
*Repel. in Eryſipelate mala.* Miſt. ad Eryſip.
*Revulſionis ratio.* Lot. pedal.
*Contra Rheumatiſmum.* Dec. Depur. D Edulc. D pect. D Sarſæ. Emulſ. com. Epith. de Calce. Infuſ. Traumat. Pul. ad Caſum. P Hibern.
*Ad Ructus. V. Carminativa.*

S.

*Sacchari uſus nimius pernicioſus.* Hauſt. ad Catarrh.
*Salis Prunellæ modus exhibendi.* Dec. Coccin.
*Sal Succini.* Pul. Diuret.
*Salium volatilium operationes.* Hauſt. è Sal. volat.
*Salivam educentia.* El. Apophlegm. Garg. ad pituit. G paralyt. G de pyrethro. Loh. Apophleg.
*Salivatio non impeditur ab Aſtringentibus.* Garg. de Vite.
*Sanguinem Acrem Edulcorantia.* Dec. Edulc. D Incraſſ. D Malvæ. D Sarſæ. Emulſ. Arab. E com. Pul. Arab. P Cardialg. P Edulc. Syr. Incraſſ.
*Sanguinem Coagulatum Diſſolventia.* Bol. ad Caſum. Dec. Traumat. Hauſt. è Sal. volat. Infuſ. Reſerans. I Traumat. Jul. Pleurit. Miſt. de Sperm. Ceti. Pil. de Allio. Pul. ad Caſum. P Hibern.
*Sanguinem Craſſum Attenuantia.* Expr. Millep. Hauſt. è Sal. volat. Infuſ. Reſer. Pul. Hibern. *V. Scorb. calida.*
*Sanguinem depreſſ. Exaltant. V. Chalyb. Icter. Scorb.*
*Sang. Fæculentum Depurantia.* Aq. Millep. Cerev. Antim. C Aperit. C Hydrop. C Scorb. attemp. Dec. Aperit. D Cacheꝺ. D Depur. D Edulc. D Pſoric D Sarſæ. Expr. Becab. comp. E Millep. Pul. Ocul. Cancr. comp. Serum Deoppil. Succ. Attemp. S Scorb.
*Sang. Ferventem Refrigerantia. V. Refrigerantia & ad Sitim.*
*Sang. Tenuem Incraſſantia. V. Sang. Acr. Incraſſ.*
*Sanguinis fluxum Siſtentia. V. Ad Hæmorrhagiam.*
*Ad Sang. ſputum. V. Ad Hæmoptoën.*
*Sarſæ, & Chinæ vires ſuſpectæ.* Dec. Sarſæ.
*Ad Scabiem. V. Pſorica.*
*Scorbutica Externa.* Epith. de Calce. Fot. Scorb.
*Scorb. Ext. ratio.* Fot. Scorb.
*Scorbutica Calida.* Aq. Scelotyrb. Cerev. Diuret. C Scorb. cal. C Sc. extemp. Dec. Scelotyrb. D Trifol. El. Scorb. cal. E de Sinapi. Expr. Scorb. cal. Jul. Scorb. Miſt. Scorb. Sp. Antiſcob. Sp. Vini rect. Vin. Scorb.
*Scorbut. calid. ratio.* Cerev. Scorb. cal. Dec. Scelotyrb. Elect. Scorb. cal.

*Scorbutica Temperata.* Aq. Fimi. Cerev. Aper. C Scorb. attemp. Dec. Aper. D Depur El. Acid. E Scorb. temp. Expr. Becab. comp. E Scorb. temp. Serum Scorb. Suc. Attemp. S Scorb.

*Ad Scorb. Dolores. V. Dol. Vag. Scorb.*

*Scorzoneræ uſus ſuſpectus.* Dec. Varioloſ.

*Scotomia. V. Vertig.*

*Ad Scrophulas.* Aq. Bard. comp. Aq. Millep. Cerev. ad Cancr. 2. C ad Scroph. Dec. Liber. D ad Scroph. Expr. Millep. Pil. Balſam. P de Merc. crudo & dulci. Pul. ad Strumas.

*Ad Scrophulas Intentiones.* Dec. ad Scrophulas.

*Ad Scroph. Remedia quando potiſſimum exhibenda.* Pul. ad Strumas.

*Ad Secundinas retentas. V. Emmenagoga.*

*De Sennâ.* Infuſ. purg. Pul. Laxans.

*Serum deſtillationi commodius Lacte.* Aq. Bard.

*Contra Singultum.* Cat. Stomach. Eleoſacch. Card. Fot. Stom. Jul. Moſch. I M Infant. Pil. de Ambrâ. P Solenand. Saccul. Arom.

*De Singultis.* Jul. Moſch.

*Ad Sitim.* Dec. Acetoſæ. D Coccin. D Depur. D Luſitan. D Paſſul. D Scorzon. D Tamarind. Elect. Acid. Emul. com. Expr. Becab. comp. E Refrig. Garg. com. G Deterg. G ad Linguæ ard. G Refrig. Hauſt. Nitroſ. Hydrom. C Ceraſis. Inf. Roſ. 2. Jul. Acido-dulce. J Card. temp. Refrig. J de Sedo. Ptiſana. Pul. Nitroſ. Serum Lujul. S Tamarind. Syr. Diuret. Troch. è Tamarind.

*Somnifera Externa.* Empl. pro Temporib. *V. contra Vigil.*

*Somnifera Interna.* Dec. Pacif. Emulſ. Pacif. En. Somnif. Hauſt. Paregor. 2. Julap. Puerp. Miſt. Pacif. M Theb. Pil. Catarr.

*In Soporoſis morbis Intentiones.* Pul. Majoranæ.

*Ad Soporoſos Morbos. V. Morb. Sopor.*

*Ad Spaſmum. V. Contra Convulſiones, Paralytica.*

*Specificorum ratio.* Dec. Cort. Jugl.

*Spir. Vini externa operatio.* Miſt. ad Eryſip.

*Spir. Vini, & Sp. Volat. in Enemate.* En. Anod.

*Spirituoſa cum Unctuoſis.* Ung. Pleurit.

*Splanchnica, & Splenetica Externa.* Empl. Splenet. Fot. Splen. Ung. Aperit. U Splanchn. U Splenet.

*Splanchnica, & ſplenetica interna.* Aq. Millep. Bol. Hypochond. Cer. Splanchn. C Splenet. Dec. Cort. Jugl. D Junip. D Splanchn. D Splenet. Elec. Corinth. E Splanch. Ex. Refrig. Jul. Propriet. J Splanch. Miſt. Arom. M Carmin. M Ecphract. M Junip. Pil. Chalyb. purg. P Splenet.

net. 2. Potio de Ammon. Pul. Splanch. Serum Deoppil. Tinct. Gent. T Mart. Vin. Enul. *V. Aperientia, Chalybeata, Scorbutica.*

*Splanchnicorum ratio.* Dec. Splanchn. Miſt. Ecphr. Empl. Splenet.

*Stercoris Pavonis partes duæ.* Cerev. Epilept.

*Sternutatoriorum ratio.* Pul. Sternut.

*Stomachica Externa.* Cat. Stom. Empl. Stom. 2. Fot. Aſtring. F Stom. Sacc. Arom. S Stom. Scut. Stom. Ung. Stom.

*Stomachica Interna.* Aq. Junip. Bol. Sudor. Cerev. Amaro-Arom. Dec. Amaro-arom. D Catechu ſimp. D Junip. El. Acid. E Card. cal. E Carmin. E Cretac. E de Mentha. E Stomach. E è Z z. Eleoſacch. Cardiac. Elix. Stom. Hauſt. contra Vom. Infuſ. Amar. Jul. Antemet. J Propriet. J Stomach. Miſt. Aromat. M Carmin. M Conſolans. M Corall. M Juniper. M Stomach. Pil. de Ammon. Stom. P Antemet. P Carminat. P Gent. P Jap. P Stom. P S Purg. Pul. Aromat. P Carminat. P de Nuc. Moſch. C. P Stom. P S Amar. P Tart. C. Tinc. Gent. T Stom. Vin. Amar. V Mirab. V Stom.

*Stomachicorum Extern. ratio, & Locus.* Empl. Stom.

*Stomach. Internorum ratio.* El. Stom. Jul. Carmin. J Stom. Pil. Stom. Pul. Stom. Amar. P Tart. comp.

*Stomachica Purgantia.* Pil. de Ammon. Stom. P de Guajaco. Pil. Stom. Purg. Tinct. Purg. Cephal.

*De Stomachicis ſpirituoſis.* Pil. Stom.

*Stomachicorum ratio.* Garg. Deterg. G pro Uvulâ.

*Stomachicorum acrio. ratio.* Garg. ad Pituit. G de Pyret. G pro Uvulâ.

*Stomachicor. aſtringent. ratio.* Garg. Prunel. G de Vite.

*Styptica. V. Ad Hæmorrhag.*

*Stypticorum ratio.* Dec. Stypt. El. Boyl. Expr. Stypt. Jul. Stypt.

*Ad ſubſultus tendinum.* Emp. Epiſpaſt. Jul. Perl. Hyſter. *V. Alexipharm. Cardiaca. Suppedanea.*

*Succorum herbarum vires.* Suc. Scorb.

*Succi herb. quibus incongrui.* Succ. Attemp.

*Sudorifera. V. Diaphoretica.*

*Adverſus ſudores nocturnos.* Cerev. Aſtring. El. de Curcuma. Hydrog. Chartac. Pil. Hydrag. *V. Analept. Sang. edulcorantia, depurantia, & exaltantia.*

*Suffitus quando vitandi.* Suffit. ad Catarr. S Phthiſicus.

*Sulphuris vires.* Pil. Poterii.

*Suppedanea.* Catap. de Halec. C Supped. C de Raph. Emp. Supped. Fot. Pacif. Lotio Ped.

*Suppedan. ratio.* Catap. Supped. Fot. Pacif. Lotio Ped.

*Suppedalia in Feb. malignâ mala.* Lot. Ped.

*Ad*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0337-4

*Ad Surditatem.* Balſ. Mirab. Miſt. Acoviſt. Ol. Acoviſt. Vap. Auric.

*Ad Syncopen.* Balſ. Shefferi. Bol. Card. Catap. Stom. El. Regium. Empl. Stom. Eſſent. Cord. Hyſter. Fot. Stom. Hauſt. Conſol. H è Sal. Vol. Jul. Moſch. J Stomac. Miſt. Moſch. Pil. Solenand. P Syncopal. Pul. Alexiph. P Ambræ comp. Saccul. Card. Ung. Cord. *V. Cardiaca. Hyſterica. Stomachica.*

*Ad Syncopen Intentiones.* Pil. Syncop.

T.

*Ad Tabem. V. Analeptica. Phthiſica.*

*Ad Teneſmum.* Suffit. ad Teneſm.

*Terebinthinæ vires.* En. Tereb.

*Ad Tormina.* El. Cretac. En. Anod. E Carmin. E Leniens. E ad Tormina. Fot. ad Colic. Pul. Edul. *V. Colic.*

*Traumatica.* Balſ. Mirab. Bol. ad Caſum. Cerev. Aſtring. Dec. Traumat. Elec. Lucatel. Hauſt. ad Caſum. Inſ. Traumat. Miſt. de Sperm. Cet. Potio Vuln. Arcæi. Pul. ad Caſum.

*Traumaticorum ratio.* Dec. Traumat. Hauſt. ad Caſum. Infuſ. Traumat.

*Ad Tumores Tonſillarum. V. Contra Aginam.*

*Tumorum ratio.* Ung. Aper. U Pleurit.

*Ad Tuſſim V. Catarrhalia. Pectoralia.*

*Ad Tuſſim laborioſam. Vide* Pect. Incidentia.

*Ad Tuſſim ferinam.* Expr. Millep. ad Pertuſſ. Jul. Moſch. Infant. Pil. Solenand. Syr. ad Tuſſim.

*Ad Tuſſim. revocandam.* Loh. Apophlegm.

*De Tuſſi Gutturali & Pectorali.* Hauſt. ad Catarrh. Inf. Hiſpan.

*Tuſſes variæ.* Loh. Enul.

*Ad Typanitim.* Fot. ad Tympan.

V.

*Ad Variolas.* Dec. Pacif. D Pect. D Scorzon. D Varioloſ. El. Card. temp. E Pect. En. Confort. Garg. Variol. Hauſt. Pareg. H Variol. Jul. Perl. attemp. Loh. com. L Rub. Paſta ad Aphth. Pul. Angel. comp.

*Variolæ non ferunt calida.* En. Confort.

*Contra Venen.* Elix. Anod. *Vide Alexiph. Feb. Malign.*

*Ad Venenatos Morſus. Vide Morſus.*

*Contra Vermes Externa.* Catap. Amar. Empl. de Hierâ. Fot. Amar. Ung. Aloët.

*Contra vermes interna.* Bol. Vermif. Dec. Corall. Dec. Sacr. En. Amar. E Dulce. Infuſ. Anthelmint. Pil. de Merc. crudo. P de Merc. dulci. Pul. Anthelmint. P A. Purg. Vin. Enul.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0338-0
DFG

*Contra Vermes quomodo Remedia exhibenda.* Pul. Anthelmint.

*Vermium indoles.* En. Amar. E Dulce. Fot. Amar.

*Contra Vertiginem.* Cerev. Cephal. C Epilept. El. Cephal. E de Pæon. Expr. Pæon. Infuſ. Cephal. Pil. Gent. Pul. Cephal. P Euphr. comp. P Pavon. Tab. Cephal.

*Ad Veſicæ Vlcera.* Bol. Balſam. B de Caſſiâ. Cerev. Aſtr. Dec. Balſ. D Equiſeti. D Incraſſans. D Malvæ Mag. D Traumat. D Diaſulph. El. Lucatel. E de Rhab. E Sanans. En. Tereb. Miſt. Balſam. Pil. Camphor. P Gilead. P Sulph. P Tereb. Potio alba. P Vuln. Arcæi. Pul. Arab. Syr. Balſam. S de Myrrha. Tinct. Balſam.

*Contra Vigilias Externa.* Catap. Papav. C Supped. C de Terrâ Cimol. Emp. Epiſpaſt. E pro Temporib. Epith. Cephal. E Front. aq. & lact. Fot. Pacif. Lin. Front. Lotio ped. Ung. Front.

*Contra Vigilias interna. V. Somnifera.*

*Ad Viſum acuendum.* Pul. Euphr. comp.

*Ad Vlcera & Vulnera. V. ad Veſicæ Vlcera.*

*Ad vomitionem ſiſtendam externa. V. Stom. externa.*

*Ad vom. ſiſt. interna.* Elec. de Ment. Elix. Stom. Hauſt. contra Vom. Infuſ. Roſ. I R comp. Jul. Antemet. Miſt. Corall. M Salina. M Stom. M Pacif. Pil. Antemet. P Salinæ. Vin. Diuret. *Vide Stomach.*

*Ad urinam ciendam. V. Diuretica.*

*Ad urinæ ardorem.* Dec. Incraſſ. D Malvæ Mag. Emul. Arab. E Com. Hauſt. Camph. Pil. Camph. Pul. Arab. P Incraſſ. Syr. Incraſſans. S de Malva.

*Ad urinam cruentam.* Pul. Laccæ. *V. Hæmorrhag.*

*Ad urinæ ſuppreſſionem. V. ad Calculum.*

*Vrina in Enematibus.* En. Terebint.

*Ad uteri prolapſum. V. Procident.*

*Ad Vulnerarias Febres.* Hauſt. ad Feb. Vuln.

*Ad uvulæ inflammationem , & relaxationem.* Elec. Apophleg. Emp. Angin. E Epiſpaſt. E Major. E Maſt. Garg. ad pituit. G Angin. G pro Uvula. Loh. Apophleg. Maſticator. Pul. Uvul. Saccul. de Cymino. S ad Uvulam.

*Ad uvulæ inflammationem intenſiones.* Garg. pro Uvula.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0339-8

[illegible]

… Aug. … Gerv. … Gur. … [illegible]

[illegible]

… Conc. … Anal. … Aeg. … [illegible]

Kal. … [illegible]

[illegible]

… Conf. … Ursul. … [illegible]

[illegible]

F I N I S.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0341-5

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0342-1
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0344-3

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135502-p0345-8